


NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 08162190 0







GRAECORUM
SATYROGRAPHORUM
FRAGMENTA

EXCEPTIS IIS


QUAE SUNT AESCHYLI, SOPHOCLIS, EURIPIDIS.

COLLEGIT ET ILLUSTRAVIT

CAROLUS FRIEBEL.

POST MORTEM AUCTORIS EDI CURAVIT

DR. F. LARSOW.



PRAEMISSA EST EXPOSITIO DE DRAMATIS SATYRICI ORIGINE ATQUE NATURA ET SUBIUNCTAE SUNT EMENDATIONES IN AUCTORES GRAECOS ET LATINOS.

BEROLINI MDCCCXXXVII.

SUMPTIBUS FERDINANDI DUEMMLERI.

Ut hocce opusculum divulgarem, et acerbissimum in me susciperem praefandi negotium, id factum est propterea, quod affinis mei *Caroli Friebelii* extremis votis nolebam deesse.

Ille enim juvenis, vix viginti quatuor annos natus, multa cum diligentia fragmenta haec Graecorum Satyrographorum collegit et composuit, eaque ut essent documentum quamvis perexiguum quum studiorum, quae ductu auspicioque doctissimorum praeceptorum *Meieri*, *Bernhardy*, *Ritschlii*, nunc Vratislaviensis, et *Niemeyeri* in Academia Halensi absolvit, tum gratae memoriae beneficiorum in ipsum ab illis Viris tam large collatorum moribundus voluit.

Quod ad ipsam, prouti mihi reliquit affinis meus, scriptionem attinet, nihil sanctius habui, quam ut eundem ordinem, quem ipse indicarat, in disponendis singulis fragmentis conservarem ac nihil omnino immutarem. Omisi autem *Ionis* fragmenta propterea, quod iam ab aliis praeoccupata sunt. Ceterum quae ab auctore in perstringendis aliorum sententiis liberius nonnumquam et audacius dicta sunt, ea velim aequi horum studiorum judices et juvenili animo et ardori veritatem consequendi nimio attribuant.

Reliquum est, ut *Augusto Meinekio*, summo harum rerum aestumatori, justas persolvam gratias, qui, qua est humanitate, non solum suo me consilio in hoc opusculo edendo egregie adjuvit, sed etiam illud commendando me sibi valde devinxit.

Scribebam Berolini mense Aug.
a. MDCCCXXXVII.

F. Larsow.

Non neminem fore arbitror, qui adspecto indice id mihi vitio vertat, quod quae nobis fragmenta relicta sunt principum tragoediae in hoc etiam dramatis genere excellentium, ea non putaverim recipienda quasi recusans, exantlare laborem gravissimum. Huic pauca repono. Lubenter quidem concedo, hujus ut ita dicam, triumviratus curas in fabulis satyricis positas, quamvis earum, si excipis Euripidis Cyclopem, disjecta tantum appareant membra, satis largam praebere disputandi copiam. Constat enim quanta contentionis vi hodie pugnatum sit inter viros ingeniosos, imprimis Welckerum et Hermannum, quae sint ex horum fragmentis suo jure referenda ad fabulas satyricas, quae aut minori aut nullo. Neque porro is sum, qui infitier, ad argumentum hoc plene copioseque tractandum illorum quoque fragmenta mihi exhibenda fuisse. Sed quum sentirem Welckerum in plurimis rectius vidisse Hermanno, sagaciterque ea momenta explorasse, quae excludunt argumenta satyrica, unumquemque hujus rationibus ductum judicabam facile reperire posse ex fragmentorum, qualiacunque sint, collectionibus, quae

ad hanc nostram rem pertineant. His jam excusatis aggrediamur originem repetere fabularum satyricarum.

Nullum fere genus poesis apud Graecos ostenditur, de cujus ortu et primis auctoribus certiora tradi possint, quam de dramate satyrico. [1])

Primum igitur testimonia hujus rei ponamus, deinde quae recte ex iis concludantur et quo modo eorum quadam discrepantia tollatur; paucis vero tangamus, quae sunt a summis olim criticis, Casaubono et Bentleio, hac in re errata, paucis quae a nuperis.

Suidas v. *Οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον. Ἐπιγένους τοῦ Σικυωνίου τραγῳδίαν εἰς τὸν Διόνυσον ποιήσαντος, ἐπεφώνησάν τινες τοῦτο. ὅθεν ἡ παροιμία. Βέλτιον δὲ οὕτω. Τὸ πρόσθεν εἰς τὸν Διόνυσον γράφοντες, τούτοις ἠγωνίζοντο, ἅπερ καὶ Σατυρικὰ ἐλέγετο. ὕστερον δὲ μεταβάντες εἰς τὸ τραγῳδίας γράφειν, καταμικρὸν εἰς μύθους καὶ ἱστορίας ἐτράπησαν, μηκέτι τοῦ Διονύσου μνημονεύοντες. ὅθεν τοῦτο καὶ ἐπεφώνησαν. καὶ Χαμαιλέων ἐν τῷ περὶ Θέσπιδος τὰ παραπλήσια ἱστορεῖ. Θεαίτητος δὲ ἐν τῷ περὶ παροιμίαις Παῤῥάσιον φησὶ τὸν ζωγράφον ἀγωνιζόμενον παρὰ Κορινθίοις ποιῆσαι Διόνυσον κάλλιστον.* [2]) *τοὺς δὲ ὁρῶντας τά τε τῶν ἀνταγωνιστῶν ἔργα, ἃ κατὰ πολὺ ἐλείπετο, καὶ τὸν τοῦ Παῤῥασίου Διόνυσον, ἐπιφωνεῖν Τί πρὸς τὸν Διόνυσον·*

---

[1]) Maxime memorabilis glossa Timaei et Photii *Σατυρικὰ δράματα* ubi si vis constare Ruhnkenii interpretationem, distinguas modo sic: *Σατυρικά: δράματα πλεῖονα.* Quocirca nihil aberratum est apud Phot. *Σ: μετὰ πλ. δρ.*

[2]) Hoc licet etiam ita intelligere, ut Parrhasius solus Dionysum pinxisse credatur, qui autem cum eo certabant, vel alios deos vel omnino res alias exhiberent. Quam si probas explicationem, quarta ratio significationis, quae inest proverbio, infra adjicienda videtur.

ἐπὶ τῶν μὴ τὰ προσήκοντα τοῖς ὑποκειμένοις φλυαρούντων. καὶ αὖθις. Τὸν Κόροιβον Ὀδυσσέα φήσας εἶναι τὸν πολύτροπον, καί τοι μὴ πρὸς τοῦτο παράδειγμα φέρων, τῇ φάτνῃ προσάγεις τὴν κύνα καὶ πρὸς τὸν Διόνυσον ἄγεις οὐδέν.

Exscripsit Suidas *Photii Lexicon* in quo eadem verba leguntur, [3]) omissa tamen postrema illa de Coroebo narratione; aut uterque ex eodem fonte duxit rivulum. Eadem habet quoque Michael Apostolius Proverb. 15, 13. nisi quod illa *ἐπὶ τῶν τὰ μὴ προσήκοντα κ. τ. λ.* statim posuit post proverbii indicium *Οὐδὲν πρὸς τ. Δ.*, deinde pergit: *Ἐπιγένους τοῦ Σ.* [4]) Gravioris jam momenti Zenobii est memoria, prodita Proverb. V, 40: *Οὐδὲν π. τ. Δ. τῶν χορῶν ἐξ ἀρχῆς εἰθισμένων διθύραμβον ᾄδειν εἰς τὸν Διόνυσον, οἱ ποιηταὶ ὕστερον ἐκβάντες τὴν συνήθειαν ταύτην, Αἴαντας καὶ Κενταύρους γράφειν ἐπέχειρουν. ὅθεν οἱ θεώμενοι σκώπτοντες ἔλεγον Οὐδὲν πρὸς τ. Δ. διὰ γοῦν τοῦτο τοὺς Σατύρους ὕστερον ἔδοξεν αὐτοῖς προεισάγειν, ἵνα μὴ δοκῶσιν ἐπιλανθάνεσθαι τοῦ θεοῦ.*

Postremo loco afferendum est Plutarchi testimonium ex Symposiacis I, 1: *ὥσπερ οὖν Φρυνίχου καὶ Αἰ-*

---

3) O. Muell. Dor. II. p. 376. 2) suspicans in verbis *Ἐπιγένους τοῦ Σικυωνίου τραγῳδίαν εἰς αὐτὸν ποιήσαντος* inveteratam corruptelam subesse, conjecit pro *εἰς αὐτὸν* restituendum esse *εἰς Ἄδραστον*; cujusmodi cj. iterum viro ingenioso placere video majore cum iure in Plut. Lyc. 23, Prolegg. myth. p. 272. Sed h. l, non convenit illa cj. quoniam pro *εἰς αὐτὸν* Photii et Mich. Suidas diserte scribit. *εἰς Διόνυσον*,

4) Liceret fortasse de Epigenis rebus rectius statuere si nobis servata esset fabula illa, qua usus est Plutarch. de musica: *ἡ ἐν Σικυῶνι ἀναγραφὴ ἡ περὶ τῶν ποιητῶν*, Mor. II, p. 1133. T. X. p. 658. R.

1*

σκύλου τὴν τραγῳδίαν εἰς μύθους καὶ πάθη προαγόντων ἐλέχθη Τί ταῦτα πρὸς τὸν Διόνυσον. Quod quidem constat inter omnes quam inconsiderate olim Bentleius adhibuerit ad praejudicatam illam de *Thespide tragoedo ludicro* opinionem confirmandam cf. Opusc. p. 284. Ex horum testimoniorum vera interpretatione ipsorumque et inter se comparatione et instituta cum iis, quae de origine tragoediae ab aliis jam excitata sunt, haec facile colligi posse judico, primum, drama satyricum non prius originem cepisse quam tragoedia artificiosa illa quidem profecta esset ex autoschediastico et satyrico genere, in quo propter chorum satyrorum dithyrambicum *utriusque elementa continebantur et tragoediae et dramatis satyrici.* [5]) Casauboni error, qui nostrorum grammaticorum auctoritati non multum tribuit, sed potius de P. S. p. 17 contendit, satyricae poesis tantam esse vetustatem, ut etiam prior fuerit vera tragoedia et quasi mater illius, facile provenit ex locis Aristotelis non satis recte intellectis. — Sunt alii etiam loci in quibus proclive et labi et errare, velut Athenaei XIV. p. 630 C.: Συνέστηκε καὶ σατυρικὴ πᾶσα ποίησις τὸ παλαιὸν ἐκ χορῶν, ὡς καὶ ἡ τότε τραγῳδία, in quo statuendum est Athenaeum minus accurate scripsisse; velut illa ipsa Suidae, Photii, Mich. Apost.

---

[5]) Male igitur J. H. Voss ad Virg. Georg. II, 380. p. 402. et O. Mueller. Dor. II, p. 369. — Male etiam loquitur Tzetzes Prolegg. schol., in Lyc. Cassandr.: ἡ σατυρικὴ ἀπὸ τῶν σατύρων ἐκλήθη, τῶν ἑυρόντων αὐτὴν, ἤτοι γεωργῶν καὶ εὐτελῶν ἀνθρώπων. in eo Schw. editione deceptus, quod haec verba Aristoteli tribuit, quum Athen. sint; quamquam dissentit prorsus Boeckh. de civit. Athen. II. p. 363.

quae supra comparent: *ἅπερ καὶ σατυρικὰ ἐλέγετο.* Deinde consequitur id, quod cum prima conclusione arctissime conjunctum est, originem dramatis satyrici cadere in tempora Thespidis, Pratinae (hic enim horum omnium aequalis) Phrynichi, Aeschyli. Cui vero ex his inventionis meritum tribuendum sit, id postea videbimus. — Reprimendum est enim hic vel maxime nuperorum quorundam inventum, ut Welckeri in: Nachtrag. z. A. Tril. p. 277. et Thierschii in praeclara illa introductione, quam praemisit interpretationi Pindari p. 151. [6]) qui pronuntiarunt, tradi a Suidam, Epigenem desiisse tragoedias docere in Dionysum. Atque ut tradat Suidas, effecerunt arte critica factitanda, conjicientes ante verbum *ποιήσαντος* excidisse *οὐκ* particulam negativam. Satis infeliciter, si recte video. Etenim triplex omnino significatio est illius proverbii *οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον.* Primum dicitur in ea re, quae quum pertinere debeat ad Dionysum, transfertur ad alios. Et hoc valuit in illos, qui primi Ajaces et Centauros pro Baccho in tragoediam introduxerunt. Deinde adhibetur in illos, qui res Dionysiacas repraesentantes vel oculis vel auribus vel his conjunctim arte deficiente earum non respondent dignitati. Hinc reprobandi causa illud acclamatum est iis, qui cum Parrhasio in Bacchi pictura certabant; hinc etiam, ut relatum legimus, ipsi Epigeni, quod fabulam in Bacchum factam deo non dignam judicabant. Denique proverbium hoc postea a Bacchi rebus declinatum est ad alias quascunque, et plane expressit: nihil ad rem, in-

---

[6]) Assensus etiam est Jacob. Q. S. I. p. 43.

epto loco hoc aut dicis aut facis. Huc pertinet quod Suidas supra in extremis prodidit. De hac potestate qui plura cupiat et explicatiora legere, is adeat Erasmi Adagia II, 4, 57, ab quo et Luciani exempla excitata sunt et Ciceronis illud ad Atticum XVI, 13. Exhibui autem proverbii vim eo ordine, quo nata illa et latius deinde progressa videbatur, quamquam haud moleste largior, dubitari posse, utra significatio prior fuerit, num ea, quam primo loco exposui, an ea, quam secundo. Sed ut erant inter paroemigraphos, qui proverbii hujus originem ab antiquissima Epigenis aetate repeterent, sic alii exstiterunt, qui eam assignarent ei demum tempori, quo Corinthus expugata est. Testem hujus rei habemus Strabonem: VIII. c. 7. §. 23. p. 381. Almel. Tom. III. p. 277 sq. Tzschuck. *Πολύβιος δὲ τὰ συμβάντα περὶ τὴν ἅλωσιν ἐν οἴκτου μέρει λέγων, προστίθησι καὶ τὴν στρατιωτικὴν ὀλιγωρίαν τὴν περὶ τὰ τῶν τεχνῶν ἔργα καὶ τὰ ἀναθήματα· φησὶ γὰρ ἰδεῖν παρὼν ἐῤῥιμμένους πίνακας ἐπ᾽ ἐδάφους πεττεύοντας δὲ τοὺς στρατιώτας ἐπὶ τούτων. Ὀνομάζει δ᾽ αὐτῶν Ἀριστείδου γραφὴν τοῦ Διονύσου, ἐφ᾽ οὗ τινες εἰρῆσθαί φασι τὸ Οὐδὲν πρὸς τ. Δ.* [7]) His vero nemo facile adducitur, ut credat. Sero sane esset natum, quod procul dubio inde ab remoto tempore omnium erat in ore, quod ipsis innotuit militibus Romanis, quos quidem putandum est ita pronuntiasse, aut ut jocose suum de pretio tabulae statuendo judicium exercerent, ut declararent: hoc

---

7) Male haec intellecta sunt ab Erasmo atque Welckero p. 277. Quis est enim, qui ex hoc demum tempore illud proverbium originem cepisse doctissimum Strabonem opinari possit sibi persuadere.

nihil ad rem nostram! Nunc utut res est de origine proverbii, quod Suidas non satis distinguit vim ejus paullum diversam, id Thierschium et Welckerum compulit ad emendandi viam, qua nihil vidi periculosius.[8]) Nam si particula negativa obtruditur Suidae, iterum obtrudenda est Photio, iterum etiam Michaeli Apostolio, quem qui accurate inspexerit, abstinebit ab omni emendandi periculo.[9])

Missum igitur jam faciamus Epigenem, ad quem etiam si refers proverbii ortum, si tamen nostram amplecteris explicationem, ne potuit quidem illud, de quo hic reprehensus est, causa exsistere, cur fabulae satyricae ad spectaculum darentur. Sed dubitarunt testes supra prolati ad Epigenis usque aetatem transferre illud οὐδὲν πρὸς τ. Δ. quippe: βέλτιον δὲ οὕτω;; nos vero illos ut duces sequimur. Veri enim simillimum videtur vocem plenam illam quidem indignationis primum sonasse Athenis, quum in nova tragoedia Dionysiorum festivitas et hilaritas satyrorum coepta est desiderari. Jam si quaerimus, quisnam grave populi desiderium

8) Recte Herm. in cens. app. Lpz. L. 1827. N. 15 p. 113. laudavit Pinzgerum, quod dubitaverit illam emendationem recipere. Sensum enim hac recepta existere hunc videlicet perversum: quum Epigenes tragoedias, quae non tragoediae erant in Dionysum fecisset, aut: quum nullas tragoedias fecisset. — Iterum defenditur οὐ a Welckero in epicrisi A. L. Z. April. 1827. N. 99. p. 807. 8. miro modo negans verborum collocationem, ut nunc sunt verba comparata, nihil valere.

9) Habes hic iterum exemplum, ex quo intelligas, quam vere Niebuhrius ad fragm. Senec post fragm. orat. Cic. p. 103: „atque ego quidem nullum emendandi genus pejus odi, quam illud quod contra libros negationem sive tollit sive inserit." Ut liturae etiam exemplum afferam, infeliciter eam commendavit Ruhnk. ap. Rut. Lup. lib. I. c. 6. vid. Friedem. Misc. cr. I, 2. p. 3[illegible].

expleverit fabulae satyricae inventione, nihil certi evincitur e testimoniis hucusque excitatis. Ac Welckerus quidem arbitratur p. 279, Thespidem ipsum fuisse illius auctorem. [10]) Sed multa profecto huic opinioni adversantur. Nusquam enim testatum legimus, Thespidem docuisse fadulas satyricas, nusquam fragmenta offeruntur coloris satyrici; licet vero vel ex iis fragmentis, quae supposita videri possunt, conclusionem facere.

Jam circumspicientibus nobis auctoritatem quandam, qua stabiliatur illa opinio, nulla omnino apparet. Omitto enim Horatii verba A. P. 220 sq.

> Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum
> Mox etiam agrestes Satyros nudavit

quae quidem a Casaubono olim de P. S. p. 120, Acrone duce, in illam sententiam adhibita. Rectius enim Welckerus ipse p. 322. qui, pronomen relativum, ad tragicos omnino pertinere judicat, ut inventores dramatis satyrici, non vero ad unum Thespidem. Illud autem, cui maxime confidit Welckerus, quod ex Suida apparere opinatur, ita tradidisse Chamaeleontem in libro de Thespide composito, cui, si traderet, ut Aristotelis discipulo, ut antiquissimo testi omnis sane fides habenda esset, id quale sit, nunc paucis expendamus. [11]) Suidas non refert nisi hoc: *Χαμαιλέων ἐν τῷ περὶ Θέ-*

---

[10]) atque comprobat etiam censor Welck. app. Herm. N. 14, p. 112. ejus argumenta, quibus Thespidem tragoedias meditatum esse confirmare studuerit.

[11]) De Chamaeleonte viro literatissimo post Jons. Script. Hist. Phil. I, 17. et Vossium Hist. Graec. III. p. 340. disputavit Boeckh Praef. Pindar. Schol. p. IX.

σπιδος τὰ παραπλήσια ἱστορεῖ. Non affert igitur ipsius diserta verba, sed sic fere illud tradidisse scribit Chamaeleontem. Tradidit autem hic, illud Οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον acclamatum esse tragoediographis, qui nullam Bacchi mentionem fecerint. Si hoc memoriae mandavit in libro de Thespide, quis est, qui statim enuntiet, hoc ipsi Thespidi accidisse; quasi vero ille in suo libro non potuerit narrare res, quae circa Thespidis aetatem evenerint. Sed si hoc revera et accidit Thespidi et narratum legebatur in Chamaeleontis libro, iterum quaero, num ex hoc consequatur, Thespidem auctorem fuisse fabulae satyricae. Quasi Thespis hic eo, quod res Dionysiacas neglexit potiusque mythos petiit ex epica poesi, non potuerit illam excitare indignationis vocem, et tamen ipse non reperire, quo eam leniret atque sedaret. Sed Zenobii illud: ὕστερον ἔδοξεν αὐτοῖς προεισάγειν σατύρους hoc mihi evincit, temporis aliquid praeterlapsum esse, priusquam fabulae satyricae primum ostenderentur. Statuo igitur, illud οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον tragicis antiquissimis saepius obstrepuisse, ita quidem, ut quum Thespidis aetate glisceret populi indignatio, ea Pratinae, Choerili, Phrynichi tempore in apertum murmur erumperet, quo resonabant theatra.

Inter hos autem sibi fere aequales Pratinas eo quidem tempore, quo Thespis jam desiit fabulas docere, exstitit, qui novo invento, satyrorum choro reducto et tragoediae excultae adoptato, populo satisfacere studebat idque, ut eventus docuit, satis feliciter. Etenim hic disertis verbis a Suida v. Πρατίνας appellatur primus satyrorum scriptor: πρῶτος ἔγραφε Σατύ-

ρους. nisi forte quis hoc ita interpretetur, ut cum Bentleio Opusc. p. 281. sentiat, Thespidem nihil scripto signatum reliquisse, indeque pronuntiet, Pratinam non inventorem fuisse, sed primum qui scripto mandaret fabulas satyricas. Appellatur idem ab Acrone ad Horatii A. P. 230: Tragoediis satyra dicitur amata, in quibus salva majestate gravitatis jocos exercebant, secundum Pratinae institutionem. Is enim primus Athenis, Dionysia cum essent, satyricam fabulam induxit; si quidem pro eo, quod olim legebatur, Cratini nomine recte Pratinae illud restitutum est a Casaubono de P. S. p. 121. Hac demum ratione conciliantur inter se testimonia. Verum enimvero Suidas, si in Chamaeleontis libro relatum legisset, non solum Thespidi illud obstrepuisse οὐδὲν πρὸς τ. Δ. sed hunc ipsum primum docuisse fabulas satyricas, mirum me habet, quod non idem iterum tradiderit et adhibuerit eundem testem eo quidem loco, ubi vel maxime expectatur, in quo de Thespidis agit rebus, deinde quod v. Πρατίνας post illa: πρῶτος ἔγραψε Σατύρους, non commemoraverit Chamaeleontis dissensum. Sed ipse fortasse ne inspexit quidem Chamaeleontis hunc librum, neque ejusdem illum, qui exstabat περὶ σατύρων, sed excitat aut ex paroemiographis, aut ex scholiis, quibus, ut ab aliis demonstratum est, multo quam nos utebatur et vero etiam plenioribus.

Jam Plutarchi verba, quae supra comparent, ne minimam quidem habent offensionem, quod scribit: Φρυνίχου καὶ Αἰσχύλου τὴν τραγῳδίαν εἰς μύθους καὶ πάθη προαγόντων. Etsi enim haud facile mihi persuadeo, ad Aeschylum quoque pertinuisse illam indignationis

vocem, tamen quid est quod non liceat Plutarchi verba ita accipere, ut Phrynichi et Aeschyli nomina ut principum repraesentent tragoediam illius aetatis. Pratinas autem vel cum Aeschylo certasse dicitur a Suida v. *Πρατίνας* Olympiade LXX, quanquam probabiliter statuitur, multo prius illum docere incepisse. Nam idem Suidas testificatur, eum cum Choerilo etiam certamen iniisse. Choerili vero cum Phrynicho ea res est, ut ex testimoniorum fide possit dubitari, uter prior exstiterit, nisi certissimis Naekii argumentis internis obsecundandum esset, qui quidem effecit, Choerilum fuisse antiquiorem. Denique ut eundem nostrum Pratinam ipsius Thespidis putemus aetatem attigisse, valent Athenaei Excerpta I. p., ubi hic tragicorum antiquissimorum ordo ostenditur: Thespis, Pratinas [Cratinus] Phrynichus.

His de dramatis satyrici origine patefactis ad naturam ejus aggressurus describendam seligam tantum singulares quosdam locos, qui mihi graviores viderentur. De universa enim ejus natura, de iis, in quibus maxime conspicitur, quid sit proprium personarum satyricarum, Welckerus p. 325—338 tam eleganter, tam enucleate, tam copiose scripsit, ut mihi quidem plane satis fecerit. [12]) Idem illustravit critici Romani de

[12]) Sub Satyrorum personis in vasculis pictis haud raro exhibentur *Κῶμος, Οἶνος, Ἄμπελος, Στάφυλα, Βότρυς,* de qua re v. Welck. ad Philostr. p. 213—15. recte monens ex nominibus ascriptis liquere, Bacchi comites in artis operibus saepe amplius quid significasse veteribus, quam quod statim in oculos incurrat. — Signa quibus egregie satyrorum natura cognoscitur, exhibentur ab Aeschylo in Prometh. Jgnifero fr. 176. ubi satyrus

poesi satyrica judicium, quod omnium fere optimum et verissimum habendum est, Horatianum dico, perscriptum A. P. v. 220 et qui sequuntur.

Antiquissimo certe tempore fabulam satyricam antecessisse tragoediae, probatur Zenobii dicto: *σατύρους ἔδοξεν αὐτοῖς προεισάγειν.* Hinc a vero aberrarunt ii, qui cum scholiasta Juvenalis III, 175. opinantur, tragoediae illam adjectam esse, ut si quid lacrimarum spectatores profudissent e tragicis affectonibus, hujus spectaculi risus detergeret, velut Voss. Instt. Poet. II, 19, 13. Spanhemius de Juliani Caesaribus p. 350 Ramb. Eichstaedt p. 26. Schlegel. Vorless. I. p. 263. Sed consuetudinem illam non progressam esse ad Aeschyli usque tempora, ex tetralogiis intelligitur, in quibus tribus antegressis tragoediis, quartum quemque locum obtinet drama satyricum. Porro ut prima hujus scenici generis aetate, Pratina agente, plures simul fabulae satyricae in spectaculum committebantur, id quod conjicere licet ex eo, quod ejus satyricarum fabularum numerus multo superat tragoediarum illum,

---

ignem primo aspectum amplectitur atque osculaturus est; a Sophocle in Hercule Taenario fr. IV. ubi satyrus detestans Herculem, ab eo petitus plagas evitat celeriter ore totoque corpore in terram prostrato; porro a nescio quo, e cuj. fab. profecisse videtur statuarius aliquis, cujus opus celebrat Agathias v. infra Marsyas; denique habet cum hoc maximam similitudinem sapientissimus ille satyrus in Olymp cantillantis, qui modo seposuit tibias, tabula apud Philostr. sen. I. 20. sive debetur pictoris ingenio sive poetae alicujus: *ὁ σοφώτατος δὲ αὐτῶν (σατύρων) ἔτι θερμοῦ θατέρου τοῦ αὐλοῦ τὴν γλῶτταν ἀνασπάσας ἐσθίει, καὶ τὸν Ὄλυμπον οὕτω φιλεῖν οἴεται, φησὶ δὲ καὶ ἀπογεύσασθαι τοῦ πνεύματος.*

sic ex sequenti tempore Pythonis sive Alexandri Age, fabula satyrica, per se acta videtur nec tragoediae fuisse annexa.

Argumenta si quaerimus, quae servierint hujus generis fabulis, pauca sunt ex Homerica et epica omnino poesi petita, Ulyssis versutia, Cyclops, Circe, fortasse Thersites et Irus, quos posteriores jure suo Demetrius 163.[13]) annumerat personis ridiculis. Neque casu factum est, quod nulla, quae nobis innotuit, fabula satyrica pertineat ad cyclum aut Troicum aut Thebanum. Versabatur enim plerumque genus satyricum in populi narrationibus monstrosis, quae circumferebantur de hominibus immanibus et violentis, partim Graecis, partim barbaris, ut de Cyclope, Cercyone, Scirone, Amyco, Syleo, qui idem est Lydis, qui Phrygibus Lityersas, de Busiride,[14]) Salmoneo, Athamante, quo-

[13]) Pergit: γέλωτος δὲ (ὕλη), Ἶρος καὶ Θερσίτης· τοσοῦτον οὖν διοίσουσιν, ὅσον ὁ Θερσίτης τοῦ Ἔρωτος.

[14]) Busiridis fabula etiam comicis largissimam praebuit materiam. Commemorantur comoediae hujus nomine inscriptae Epicharmi, Cratini, Antiphanis, Mnesimachi. Ad unam ex horum vel dramatum quem locum debeo Meinek. Q. sc. III. p. 5. 13. satyricorum numero respicere videtur Dio Choysost. VIII. p. 286. τὸν δὲ Βούσιριν εὑρὼν (Hercules) πάνυ ἐπιμελῶς ἀθλοῦντα καὶ δι ὅλης ἡμέρας ἐσθίοντα — διέῤῥηξεν ἐπὶ γῆν καταβαλὼν ὥσπερ τοὺς σφόδρα γέμοντας. Quamquam et Herculem in Ephippi comoedia ap. Athen. X. p. 442. D. gloriantem accipimus, popularem sese esse Tirynthiorum Argivorum, qui quidem solerent vel pugnas pugnare vinolenti. — Cercopas etiam, pusillos Herculis comites atque parasitos, nonnunquam intermixtos esse fabulis satyricis prorsus mihi persuasum est. v. de iis Otofr. Muell. de Dor. I. p. 457. 58. et quos laudat C. G. Jacob. ad Lucian. Alex. c. 4. Eubuli comoedia Cercopes inscript. Platonis Ξάντριαι (sic enim probabiliter correxit Meinek. Q. sc. II. p. 20.) ἢ Κέρκωπες. Jam

rum praedatorum fere nefastissimorum Hercules, Theseus, Polydeuces, alii vindices surrexerunt. Deinde hic adhibiti sunt mythi Dionysiaci. Huc refertur Lycurgus Aeschyli, ejusdem Proteus, Dionysiacus Sophoclis, Hephaestus Achaei. Quod vero Welckerus Gigantomachiam et conventum Dionysi cum Althaea habitum pertractatum esse voluit a satyrographis, id conjectura tantum nititur facta ex Cyclopis fabulae Euripidiae initio, qua quidem multo certior illa est de Mida. [15]) Hac enim narratiuncula dignissima sane, quae pertexeretur fabula satyrica. Legas, ut alios omittam Michael. Apostol. 13, 19. et fatebere, etsi non ullus fabulae index affertur, qui huc faciat, tamen rem

---

quum ex Zerob. V. 10. et Bibl. Coisl. P. II. 610. constet, Cercopes in Lydia Patrocinia agitasse Herculemque per haec loca peregrinantem adortos esse, quos aut necaverit ille aut Omphalae in servitium tradiderit aut incolumes dimiserit propter animum jocorum facetiarumque plenum, probabilisque sit Lob. Agl. p. 1302. cj. comicos in *Κέρκ.* eos cum Hercule apud Omphalem serviente conservantes induxisse Hoc multo magis arridet, quam Schubarti opinio in Zeitschr. f. Alterth. 1834. N. 141. proposita, comicos et fabularum satyricarum scriptores Oechalienses istos Cercopes Sillum et Tribalum in scenam produxisse. Sed ejusdem viri conjectura, nomina ab Aeschine Harpocrationis prodita Andulum (c. Harpocrat. et Phot. ita scr.) sive Candulum Suidae sive Candolum Hesychii, et Atlantum Asiaticorum esse Cercópum, multum sane habet probabilitatis.

[15]) Welck. Suppl. p. 112. Plane id intelligitur ex eo quod Dercyllus in Satyricis uberius h. fab. exp. videtur, Plut de flum. II. p. 1154. — cf. Vit. Apoll. VI, 27. Wernsd. ad Himer. p. 253. Frommel in Cr. Melett. T. III. p. 140 sq. testimonia coll. Dav. ad Max. Tyr. I. p. 188. Fabulam hanc docte persecutus est Boettig. Att. Mus. I, 2. p. 333. v. quos praeterea laudat Jac. ad Phil. seu Jm. I, 22. p. 340.

tam lepidam, tam jocosam, tam conjunctam cum satyris satyrorum scriptoribus placuisse, extra omnem videri dubitationem. Deinde ea argumenta expromebantur, in quibus juvenilis pulchritudo cupidis et mirabundis satyrorum oculis posset objici. Plurimae hujus generis fabulae *Sophoclis sunt*, *id quod*, *ut obiter moneam*, *in moribus ejus positum esse videtur*, *qui omnem humanam formositatem admiratus est aperte*. Huc igitur pertinent Nuptiae Helenae, Achillis Amatores, Judicium Paridis, aliae ejusdem fabulae, huc Aeschyli Amymone et Europa vel Cares. Porro dii ipsi aut personae allegoricae introducti sunt in fabulas satyricas. Et hoc quidem apparebit ex titulis hisce: Aristiae Κῆρες. Achaei Μοῖραι et Ἶρις. Sophoclis Pandora. Aeschyli Prometheus πυρκαεύς. Fortasse Timesithei Ζηνὸς γοναί. Introducti porro heroes, principes, sacerdotes. Sic Sisyphus Aeschyli, Sophoclis, Euripidis. Autolycus Euripidis. Achaei Aethon et Alcmaeon. Orpheus Aristiae. Amphiaraus Sophoclis. Verum nemo facile ex omnibus largiorem huic ludibundo generi praebuit materiam, quam Hercules ille usque vagus, vorax [16]) et bibax, ut facile agnoscas Boeotum, [17])

---

[16]) ubi in eo fr. quod Grot. p. 471 recepit Herculis voracitas egregie describitur, cui in edendo omnia aut moveantur aut strepant fauces, malae, dentes, nares, aures. Athen. X. p. 411. B.

[17]) in hoc dehonestando eo progressi sunt comici, ut verbi gratia Dionysius Sinopensis eum aegrotantem induceret, Silenumque faceret morbo mederi conantem admoto clystere, teste schol. Hom. Il. λ. 515. In Herculem Boeotum, ut in alios Boeotorum heroes ab Atheniensibus hujus gentis gravissimis osoribus, imprimis a dramatum auctoribus turpia vitia ficta esse, recte jam

de quo proverbio illud dictum est 'Ηρακλῆς ξενίζεται,[18]) qui ut in scena talis apparuit, ut omnium moveret risum, sic idem arte effictus conspiciebatur saepiusque Bacchi, ut popularis sui, thiasis immixtus. cf. Boettigeri Andeutungen p. 143. Fabulae, quibus hic bellus sane Hercules traducitur, duplicem habent speciem. Est enim, ubi heros secundariis tantum fungatur partibus, est, ubi primariis. Hoc accidit in Euripidis Busiride et Syleo et Eurystheo, in Sophoclis Hercule Taenario, in Omphale Achaei et Jonis, in Lino Achaei,

---

monuit Boett. A. M. I. p. 346. Herculis esurientis partes fuerunt apud Eubulum comicum in Amalthea v. Athen. II, p. 63. D. E.

[18]) aperte detestatus est Clem. Al. in Admon. ad Gent. p. 20. D. Sylb. — Nec fugit satyrographos alia potentissimi viri virtus, quam modeste adumbravit Valken. Diatr. p. 204. — Hanc potissimum tetigisse censeo Archippum antiquae comoediae scriptorem in c. 'Ηρακλῆς γαμῶν ap. Ath. et An. Bekk. I. p. 371. item Nicocharem scr. a. c. Η. γ. — Philyllii scr. a. c. 'Ηρακλῆς spectabat herois ἀδηφαγίαν. Prologum egisse videtur Δορπία. Ath. IV. p. 171. d. (Meinek. II. p. 61). In Aratidis a. c. Καλλιπίδης ejus voracitas perstringitur. Athen. XIV. p. 66. F. Epicharmi 'Ηρακλῆς παράφορος. Pherecrates ψευδηρακλῆς. ejusdem tituli com. Menandri. — Neque ars statuaria defuit tali Herculi qualem Attico imprimis theatro debemus. Exstant duo epigr. εἰς 'Ηρακλέα μεθύοντα Anth. Gr. T. III. p. 210. 285 et 286. Pertinet ad ejus πολυφαγίαν fabula de Thiodamante Lindio, cui aranti taurum Hercules mactaverat et devoraverat, σφόδρα ἐδάς, ut loquar c. Philostr. jun. Jm. II. c. 24. p. 849. τοῦ τοιούτου σιτίου, unde mos Lindiorum, Herculi bovem aratorem sub diris exsecrationibus immolandi. cf. Apoll. II, 5, 11. II, 7, 7. — fabula de Corono, Lapitharum rege, qui Herculem hospitio excepit cuique hic totum bovem devoravit, ut ne ossa quidem intacta relinqueret. Pind. fr. ap. Ath. x. p. 411. C.

Astydamantis Hercule; illud autem in Aeschyli Europa et Euripidis Sisypho.

Horum omnium titulorum fragmenta, quotquot sunt, dramatis satyrici naturae prorsus conveniunt, sed duas nunc noto fabulas, in quibus descitum est a proprio illius fine, Lycophronis Menedemum et Pythonis Agen, quas qua ratione ductus hujus vitiositatis nomine reprehenderim, explicabo in fragmentorum pertractatione.

Paucis jam significabo ea indiciorum momenta, quibus perceptis et consideratis vel ex solo indice de fabulae argumento non satyrico conclusionem facere licet. Omnes igitur tituli, qui sunt ejusmodi, ut non admittere videantur chorum satyrorum, qui necessario requiritur, secludunt fabulae argumentum satyricum. Hoc duplicis ferme generis esse reperitur. Cujus enim fabulae titulo chorus feminarum perhibetur affuisse, ea nullo modo potuit continere satyros, sed assignanda potius est tragoediis. Deinde omnis inscriptio, quae aperit nomen gentile, revocat nos ab ea opinione, fabulam fuisse satyricam. Fortasse tamen hic excipiendi sunt Aeschyli Carcs, hoc est, Satyri qui se Cares esse simulabant. [19])

Eichstaedtii vero errorem, qui olim sibi visus est Comicorum etiam invenisse fabulas satyricas, in quo quidem assensum tulit Boettigeri in: Andeutungen p. 165. Att. Mus. I, 1. p. 313. et Vasengem. II, 91. 199.

---

[19]) Quo spectat etiam fr. quod incertum an in fabula satyrica an comoedia locum habuerit ap. Plutarch. Amator. p. 751. T. IX. p. 11. R: ὁ δὲ Ἡρακλῆς ὑπό τινος ἐρωτᾶται, Βίᾳ δὲ πράξας (scr. βίᾳ δ' ἔπραξας) χάριτας ἢ πείσας κόρην —.

quem ne novissimo quidem tempore retractavit Amalth. omitto hic recoquere. Jampridem ille ab Hermanno (cf. Opusc. p. 44. P. I.) ita explosus est, ut nemo certe in posterum eundem erraturus sit. [20])

Explorantibus autem nobis, quousque temporis conservatae sint fabulae satyricae, non licet certi quid definire, sed hoc possumus affirmare Eustathii Thessalonicensis tempore, medio igitur seculo XII, ex omnibus omnino ne unam quidem praeter Euripidis Cyclopem exstitisse. Placet ipsius ponere verba ad Hom. Odyss. 6, 355. p. 1850, 36. *Λογιστέον δὲ, ὅτι ἐκ τῆς Ὀδυσσειακῆς εὐμεθόδου σιλλογραφίας, ὅπῃ παρῆκοι παραμιγνύσης ἀστεῖα τοῖς σπουδαίοις, εἰκὸς ἐπινοηθῆναι τοῖς ὕστερον τὴν σατυρικὴν ποίησιν, ἧς τὴν μέθοδον παράδηλοῖ ὁ μεχρὶ νῦν εὑρισκόμενος Εὐριπίδειος Κύκλωψ. ἔστι γὰρ κατὰ τοὺς παλαιοὺς σατυρικοῦ ἴδιον τὸ μέσον εἶναι τραγικοῦ καὶ κωμικοῦ. ὃ δὴ προκατάρξας ὑπέδειξεν Ὅμηρος, ἡρωικῇ σεμνότητι καὶ ἐμβριθείᾳ παραμιγνὺς εὐτράπελον γαληνότητα.* Plura in his protuli, quam erat necesse, sed volui simul Eustathii*) aut veterum, quos sequitur, judicium de

---

20) Hoc unum concedo, comicos, ut homines quosdam salaces et nebulones perstringerent, in satyros transformatos exhibuisse, qui sicinnim exercebant, quod posterius vel Lucianus de saltat. c. 26. T. II. p. 283. aperire videtur, cujus quidem tempore poesis satyricae studium desierat.

*) Cetera fere aut ex Athenaeo, quo sicubi plura alicujus fabulae fragmenta affert, puta eum non excerptis sed plenis deipnosophistae libro I et II usum esse, ut mihi quidem ex compluribus indiciis persuasum est aut ex aliis grammaticis, velut Sylei fragmentum Euripidei dramatis, ex Arte grammatica Georgii Choerobosci in Il. A. p. 80, 52.

dramatis satyrici ingenio non satis rectum ostendere, quod tamen cum multis habetur commune.

Haec satis sunto introductionis instar dicta; in quibus si multa desiderantur, hanc habeo excusationem, quod recusavi cocta recoquere. Consului equidem, quos potui, libros; sed multos ad quos animus meus et voluntas aspirabat, non contigit ut nanciscerer. Et persentisco quidem, multas opusculi fore partes, in quibus aut diligentia desidiose requieverit aut opinio me mea fefellerit egregie. Breviter nunc declarabo, quam viam in collectione tenendam esse putaverim. Ac Choerilum quidem et Phrynichum, quum dramatum satyricorum ab iis confectorum ne tituli quidem afferantur, omnino sejunxi, quamquam scio Phrynichi Andromedam, et Erigonam a Welckero referri ad genus satyricum, quarum tamen nullum usquam productum est fragmentum; de Choerilo autem haeret mihi recenti memoria versus ille: Ἡνίκα μὲν βασιλεὺς ἦν Χοιρίλος ἐν σατύροις, ejusdemque nomen, ut bene Welckerus p. 282, satyrici dramatis apud Athenaeum IV. p. 164. C. summum florem repraesentat. In iis autem, quos in concilium advocavi, ordine usus sum alphabetico, quoniam complurium aetas non certa satis exquiri poterat. Nominibus igitur in fronte indicatis vitarum brevem adjunxi adumbrationem; huic testimonia si quidem aderant, de pretio poetae statuendo aut ipse, ex fragmentorum paucitate quantum fieri potuit, elicere studui, quid potissimum de poetae arte et ingenio debeat existimari. Deinceps exhibui fragmenta, iterum servato, si plures tituli constabant, ordine alphabetico; denique ea pertractavi haud neglecta arte critica.

[Mirum est nec ullo, opinor, modo probandum Matthiae ad Eur. Fragm. T. IX. p. 100. judicium, Autolycum Euripidis e secunda tantum editione satyricum drama fuisse, cum I. fr. colorem satyricum ipsi habere non videatur.

De liberiore vocabulorum usu, quo affinitatem dramata satyrica produnt cum comoediis, vellem uberius exposuisset Porsonus, cujus docta et elegans de hac re annotatio legitur ad Med. v. 284. Sed quod idem propter περιέστησεν verbum vv. Euripidi tributos ex Sisypho f. Critiae potius assignat, poterat profecto περιέστησεν etiam apud Euripidem locum habere in f. satyrica. Quamquam rectissime illi Critiae tyranni habentur, quod Sext. Empiric. licet hominis grammaticis nobis infestissimi, gravior est auctoritas quam Pseudo-Plutarchi de phil. decretis.

Persuasum fere est, Hermippum Comicum apud Plutarch. Pericl. c. 32. extr. spectare ad ingenia quaedam, qualia subornari solebant in fabulis satyricis. Primum enim Periclem ut regem satyrorum h. e. Silenum alloquitur, deinde Cleomenem appellat Aethonem, tertio loco v. 4. ψυχὴν δὲ Τέλητος ὑπέστης non dubito, quin nomen hominis restituendum sit, qui in ejusmodi fabulis ignavissimi viri partes plerumque agebat.]

Achaeus.

Duo Achaei offeruntur nobis a Suida v. Ἀχαιός et ab Eudocia in Viol. p. 69. uterque tragicus. Suidae verba haec sunt: Ἀχαιὸς Συρακούσιος, τραγικὸς νεώτερος

ἔγραψε τραγῳδίας ι. (Eudocia δέκα καὶ τέσσαρας.) Deinceps: Ἀχαιὸς Πυθοδώρου ἢ Πυθοδώριδος, Ἐρετριεύς, [21]) τραγικὸς γέγονε κατὰ τὴν οδ' Ὀλυμπιάδα [22]) καὶ δράματα ἐδίδαξε μδ' (Eudocia ξδ') οἱ δὲ τριάκοντα ἱστορήκασιν· ἄλλοι κδ'. ἐνίκησε δὲ ἕν. ἦν δὲ νεώτερος Σοφοκλέους ὀλίγῳ τινί. ἐπεδείκνυντο δὲ κοινῇ σὺν Εὐριπίδῃ ἀπὸ τῆς πγ' ὀλυμπιάδος. Sed alterius, Syracusani, obscurioris illius, nulla fragmenta superesse videntur, nisi quod in titulis quibusdam dubitari potest, num hujus sint, an Eretriensis. Ab Athenaeo certe quae proferuntur fragmenta, ea omnia ascribenda fortasse sunt Eretriensi, non Syracusano; hunc enim nusquam nominat, illum vero saepius diserte. Et quem subinde nude Achaeum aut Achaeum tragicum appellat, eundem alibi Achaeum Eretriensem perhibet. Ad hujus igitur aetatem constituendam valet praeter Suidam parum, cui plurima fragmenta dramatum satyricorum accepta referimus, Athenaeus VI. p. 270. C: Ἀχαιός φησιν ἐν Αἴθωνι σατυρικῷ· παρ' οὗ ὁ σοφὸς Εὐριπίδης λαβὼν ἔφη.

[21]) Harpocr. s. v. Ἀργᾶς. Nam moritur P. Olym. 84, 3. ex Boeckh. sententia II, 2, p. 15. attigit igitur nonnullos annos, quibus floruit Achaeus natus 64, 3.

[22]) Non repugnat adeo Suidae definitioni quod Pindari aequalis dicitur a sch. Pind. Olymp. VII, 42: ἔοικε δὲ ὁ Πίνδαρος ἐντετυχηκέναι τῷ Ἀχαιῷ τραγῳδιογράφῳ, ubi quum Boeckhius optimo jure impugnet Achaei historici veritatem, quem post Voss. H. G. IV. p. 501. et Meinek. Cur. cr. p. 30. ex inferis quasi excitare volebat, mirari subit eum gravius mendum subesse suspicatum, quo nomen scriptoris exciderit, ita fere rescribere velle Ἀκουσιλάῳ τῷ ἀρχαίῳ ἱστοριογράφῳ, quum multo lenior pateat via emendandi: τῷ Α. τῷ σατυρογράφῳ, ut celebratum satyrographum intellexerit scholiasta.

Ἐν πλησμονῇ τοι Κύπρις, ἐν πεινῶντι δ' οὔ.

unde [23]) patet, Euripidem eo fuisse juniorem, quippe qui illa ab eo mutuaretur, sicuti ex Suidae verbis, Sophoclem fuisse natu majorem.

Fuerunt olim, qui putarent, comoedias eum docuisse, velut qui sunt apud Mongitor. Bibl. Sic. T. 1. p. 2, in quibus Saxius etiam in Onomastico. Nescio vero, qua hi sint auctoritate decepti; certissimis refelluntur testimoniis. Artificiosam ejus peritiam et dignitatem cognoscimus ex eo, quod ex canone criticorum Alexandrinorum principibus tragicis, *τῆς πρώτης τάξεως*, cum Aeschylo, Sophocle, Euripide, Jone annumeratus est. cf. Ruhnk. Hist. Cr. Oratt. Gr. p. 94. Wyttenb. Vit. Ruhnk. p. 145. Ac dicendi quidem genus Achaei expolitum levatumque significat Athenaeus X. p. 451. C. *Ἀχαιὸς ὁ Ἐρετριεὺς, γλαφυρὸς ὢν ποιητὴς* — ita tamen, ut rei cujusdam vituperationem statim annectat: *γλαφυρὸς ὢν περὶ τὴν σύνθεσιν ἔσθ' ὅτε καὶ μελαίνει τὴν φράσιν καὶ πολλὰ αἰνιγματωδῶς ἐκφέρει.* Affert jam exemplum ex Iride fabula satyrica. Denique quod attinet ad ipsius dramata satyrica, de horum pretio et honore quid nobis sentiendum sit, patefacit Menedemi philosophi judicium apud Diog. Laert. II. 5. 133.: *καὶ δὴ*

---

[23]) ex quo loco si solum eum haberemus, inconsideratum esset concludere, minorem Euripidem fuisse, quum exemplis luculentissimis constet, Aeschyli et Sophoclis aetate seniores tragicos nonnumquam in usum suum convertisse, quae aut instituissent aut scripsissent juniores, quibuscum simul docebant. Quid? quod si artis tragicae publica documenta spectas, Achaeus potius sumere poterat ab Euripide, qui jam Olymp. 81, 1. annos natus 25, itaque Achaeo novem fere annis prius (83, 2.) docere inceperat.

καὶ Ἀχαιῷ (προσεῖχεν Μενέδημος) ὥπερ καὶ δευτερεῖον ἐν τοῖς σατύροις,[24]) Αἰσχύλῳ δὲ τὸ πρωτεῖον ἀπεδίδου. — Achaeus poeta ab apibus acie oculorum privatus dicitur a vetere interpr. Boessiano in Ibin v. 543. — Nunc ipsa sese excipiant fragmenta.

1. Αἴθων.

Welckerus suspicatus est, argumentum fuisse Ulyssem istum versipellem ex Hom. Odyss. 19, 183 sqq. Ipse tamen sentit, drama debuisse alias ejus artes atque astutias complecti, recteque confitetur, et scenae e Penelopae domo sub dium trajectione haud carere difficultate, neque argumentum omnino tale esse, quale magnam vim habuerit in satyros. Itaque haec sententia plane abjicienda, potiusque ea amplectenda, quam jam reperio apud Crenium, Casauboni commentatorem de Poesi Satyrica p. 19., indicari Erysichthonem impium illum, Myrmidonis filium, a Cerere punitum fame inexplebili, qua semet ipsum confecit. cf. Ovid. Metam. VIII, 738 sqq. Callim. Hymn. in Cerer. v. 62 sqq.[25]) Hunc vero propter famis ardorem antiquitus

---

[24]) ex quo loco pessime intellecto Meursio olim subnata erat Aeschyli tragoedia Σάτυροι inscripta, quem jam Stanleius explosit.

[25]) Reines. V. L. p. 370. sine ullo argumento idem p. 125 hanc fabulam cum Hephaesto unam eandemque fuisse opinatur. Quod Crenius ad Casaub. de P. S. p. 19. Caecilii Statii, clarissimi Romanorum comici, Aethonem comoediam non Aethrionem exstitisse inscriptam suspicatus est, ut Caecilius hanc Achaei fabulam satyricam imitatus esse videretur, eandem suspicionem protulerat jam Reines. l. c. p. 125. et 681.

cognominatum esse Aethonem, testes sunt complures. Athenaeus X. p. 416, B. Eustath. ad Iliad. λ. p. 806, 21: *ἐρρέθη δὲ ἰδίως Αἴθων καὶ Ἐρυσίχθων ὁ Μυρμιδόνος, διὰ τὸ εἶναι, φασί, βορᾶς ἄπληστος, παρὰ τὸ αἴθειν, ὅ ἐστι κατακαίειν*, addit hinc analogiae gratia: *ὅθεν καί τις ἕτερος πολυφάγος Κεραυνὸς ἐκαλεῖτο, ἐπεὶ κατά τινα ποιητὴν ἀβάτους ἐποίει τὰς τραπέζας, κατασκήπτων αὐταῖς τῇ γνάθῳ.* Poeta ille Anaxippus est Comicus, cf. Athen. X, 416. F. 417. A. Porro Tzetzes testatur ad Lycoph. 1393: *Αἴθων ὁ Ἐρυσίχθων ἐκαλεῖτο, ὥς φησιν Ἡσίοδος, διὰ τὸν λιμόν.* Huc faciunt quoque Aeliani verba VV. Hist. I, 27: *Ἀδδηφάγους λέγουσιν ἀνθρώπους γεγονέναι* multis enumeratis addit *καὶ Ἐρυσίχθονα τὸν Μυρμιδόνος· ἔνθέν τοι καὶ Αἴθων ἐκλήθη οὗτος·* [26]) ubi qui scripturam a librariis traditam *κάνθων* pro *Αἴθων* defendunt, ii, ut more Toupiano loquar, nihil vident. Nam licet hic illic audiverit ille propter voracitatem *κάνθων*, hoc tamen loco cognomen requiritur necessario, quod erat pervulgatum. v. Athen. XV. p. 679. B.

Athen. VI. p. 270. C. *Ἀχαιός φησιν ἐν Αἴθωνι σατυρικῷ,*

Ἐν κενῇ γὰρ γαστρὶ τῶν καλῶν ἔρως
Οὐκ ἔστι· πεινῶσιν γὰρ ἡ Κύπρις πικρά.

Eustath. p. 1596, 45. *καὶ ὅτι ἐν κενῇ γαστρὶ τῶν καλῶν*

---

[26]) diserte ita vocatur a Lycophr. in Cass. 1396. et Callim. l. c. v. 68. Vide ne huc pertineat Hermippi v. extr. ap. Plutarch. Pericl. c. 33. extr. *δηχθεὶς αἴθωνι Κλέωνι.*

Haud ambigua significatione in vasculo picto apud Hirtium Bilderb. p. 224. Amor repraesentatur cum Sileno ipsum complectente, quem Amorem male pro Como accepit Hirtius notatus propter id a F. G. Welckero ad Philostr. p. 212.

ἔρως οὐκ ἔστιν, ἤγουν τῶν εὐμόρφων· πεινῶσι γὰρ ἡ Κύπρις πικρά, ὥς φησιν Ἀχαιὸς ὁ ποιητής. ἀφ᾽ οὗ λαβὼν κ. τ. λ. ex Athenaei testimonio. De sententia vide sis Erasm. Adag. II, 3, 97: Sine Cerere et Baccho friget Venus, quod illustravit plurimis et Graecorum et Latinorum dictis. Ut versus prior compleatur, Schweighaeuserus proposuit: Ἀλλ᾽ ἐν; apud Erasmum vero expressum invenio: Ἐν τῇ κενῇ. Res omnino est levioris momenti.

Idem IX. p. 368. A. ubi a Leonida deipnosophista inter alia Achaei quoque verba ex Aethone excitantur, ut comprobet, vas etiam dici παροψίδα, non solum varium quoddam opsonium praeparatum.

Κεκερματίσθω δ᾽ ἄλλα μοι παροψίδων
Κάθεφθα καὶ κνισηρὰ παραφλογίσματα,

Plane dissentio a Schweighaeusero, qui censet deipnosophistam in hoc testimonio afferendo ad alteram vocabuli notionem transiisse, quandoquidem in Sotadis etiam Comici verbis ratio quaedam subest, qua licet vas intelligere opsoniis plenum.

Ibidem p. 376. A. πεταλίδων συῶν μνημονεύει Ἀ. ὁ Ἐρετριεὺς ἐν Αἴθωνι σατυρικῷ λέγων οὕτως „Πεταλίδων τέ τοι συῶν μορφαῖς ταῖσδε πόλλ᾽ ἐπάϊον" πεταλίδας δ᾽ αὐτὰς εἴρηκε μεταφέρων ἀπὸ τῶν μόσχων· οὗτοι γὰρ πέτηλοι λέγονται ἀπὸ τῶν κεράτων. Versus sic constitui possunt

Πεταλίδων τέ τοι συῶν
Μορφαῖσι ταῖσθε πόλλ᾽ ἐπάϊον. — —

Non vulgo a Graecis sic nominatae sunt porcae adultae, sed singulariter ab Achaeo. Similiter quoddam ejus dictum Eustathius notavit p. 753, 55. Ἀχαιὸς δὲ σκληρότερον ἔφη τὸ

Χάσκοντα λιμῷ μόσχον ὡς χελιδόνος

δέον ὂν εἰπεῖν γεοττόν ἤγουν ἀλλὰ χελιδονιδῆ. cf. Aelian. H. A. VII, 47. Ceterum ex hoc Athenaei loco sua petivit Hesychius v. Πεταλίδων ὑῶν. De bobus vero patalibus adeatur Suidas v. Δαρινοὶ βόες.

Athen. X. p. 427. C. Ἀχαιὸς ἐν Αἴθωνι σατυρικῷ τοὺς σατύρους ποιεῖ δυσχεραίνοντας ἐπὶ τῷ ὑδαρῆ πίνειν καὶ λέγοντας:

Μῶν ἀχελῷος ἦν κεχραμένος πολύς;
B. Ἀλλ' οὐδὲ λεῖξαι τοῦδε τῷ γένει θέμις.
A. Καλῶς μὲν οὖν ἄγειν — — Σκύθῃ πιεῖν.

Primo versu, citato ab Eustath. p. 1624, 53, Achelous comparet dictus pro quavis aqua, cf. Elmsl. ad Eur. R. 625. schol. Ven. ad Il. ω, 616 — ἢ ὅτι Ἀχελῷος κοινῶς καλεῖται πᾶν ὕδωρ. Macrob. Saturn. V, 18. interpretes ad Virg. Georg. I, 9. Quod in v. 2. pro vulgata scriptura λῆξαι dedi λεῖξαι, correxit ita Meinckius ad Euphor. satis probabiliter, quamquam λῆξαι etiam suam potest postulare defensionem. In tertio denique v. lacerato et corrupto Cd. Venet. offert σκύθη. πεῖν, Laurentianus σκυθηπιεῖν, Palatinus σκυθιπιεῖν. Editio princeps Venet. et Casaub. σκυθιστὶ πιεῖν. Primum rejiciendum σκυθιστὶ, quod correctoris esse videtur, deinde omnia illa supplementa: σκυθιστὶ καὶ πιεῖν, σκ. γ' ἐκπιεῖν, σκυθιστί 'στιν πιεῖν, ut prava repellenda. Puta vero versum desiisse sic: Σκυθ x πιεῖν. Sed nunc ad alterum quoddam attendendum est, quod neminem interpretum considerasse miror. Vehementer enim dubitaverim, num ἄγειν simpliciter dicatur graece pro ἄγειν βίον vel βίοτον, velut βίοτον ἡδέως ἄγειν Eur. Cycl. 453, vel quod sic absolute usurpatur διάγειν; nullius equidem nunc nemini exempli. Et si mihi quis id obtulerit, non

minus tamen pronuntio, καλῶς ἄγειν hic esse inepto loco, atque respui ab sententia utriusque, et Athenai et Achaei. Sit licet satis speciosum, quod effecerunt isti supplementis suis; at Scytharum more bibere id quidem est bene vivere; sit, concedo, hic suo loco καλῶς ἄγειν, si quidem graece dicatur. Sed quod in extremis nimium recedunt a codicum scriptura, eos omnino omitto. Schweighaeuserum videamus et Dindorfium, qui ex codicum scriptura eliciunt: Σκύθῃ πιεῖν. Hinc eam recuperamus sententiam, ut satyri, quos loqui putandum est, declarent: Bene vivere Scythae est bibere, intelligentes et ipsis ita placere Scythicis potationibus usque delectatis. In hoc vero plane aberratum est. Quod quo jure dixerim, jam aperiam. Athenaeum perlustrantes in proximis invenimus sermonem esse de eo, quod ἐπισκυθίζειν verbum a Lacedaemoniis usurpetur, quum volunt vinum meracius bibere. Hoc refertur ex Chamaeleontis libro περὶ μέθης. Jam quid sibi vult Athenaeus Achaei testimonio, nisi hoc, apud hunc quoque illud vel simile verbum in eandem sententiam exstare dictum. Et hoc revera ita est, si recte mihi videor enucleasse verborum sensum minus apertum. Fingere lubet satyros nactos esse dolium vini sive donatum sive repertum, sive potius surreptum, in quod omnes cupidissime irruunt. Mox vero sentientes se sua spe defraudatos, qua merum sibi fore speraverant, alii, qui ceteros quoque propter vinum aquosum vultus hilares deposuisse vident, indignabundi exclamant interrogando: Nonne vero magna vis aquae admixta est? μῶν enim hic loci sua primitiva vi fungi videtur = μὴ οὖν. Alii jam molestius etiam illud fe-

rentes, confirmationi suae gravius quoddam adjiciunt: at ne gustare quidem convenit nostro generi! suadent igitur, ut hoc genus vini abjiciatur. ἀλλὰ vero particula in his stomachosorum est, ut apud Aristophan. in Pluto v. 592. iratus ille: Ἀλλά σέ γ' ὁ Ζεὺς ἐξολέσειεν. Hos iterum alii excipiunt, aut totus, si placet, satyrorum chorus loquitur nunc ea, quae propter scripturae corruptelas antea minus liquebant. Sed quid aliud mehercule hic exspectari debet, quam ut cum approbatione illius dicti, satyris non convenire vinum aquosum tangere, istius tristissimae potationis inducatur oppositio? quid aliud, quam hujus modi fere sententia, quae Athenaei etiam consilio prorsus est accommodata: pulchrum profecto est, et nobis magis commodum, Scytharum more bibere vinum meracius. Hinc patet, quam perversum sit, Scythici moris significationem distrahere a potandi verbo, quamque intolerabilis sit Dindorfii conjectura:

Καλῶς μὲν οὖν ἄγειν ἔχει Σκύθῃ πιεῖν.

Hae argumentationes, quas modo protuli, si omnes comprehenduntur, nemo facile mihi irascetur, si meam qualemcunque conjecturam periclitaturus sum. Existimaverim igitur, antiquitus ita scriptum comparuisse:

Καλῶς μὲν οὖν ἄγαν δίκην Σκύθου πιεῖν.

Soph. Cedal. I. v. 2.

Athen. XV. p. 690. B. *παρὰ πολλοῖς δὲ τῶν κωμῳδιοποιῶν, ὀνομάζεταί τι μῦρον βάκκαρις, οὗ μνημονεύει καὶ Ἱππῶναξ. — Ἀχαιὸς δ' ἐν Αἴθωνι σατυρικῷ*

— Βακκάρει χρισθέντα καὶ ψυκτηρίοις
Πτεροῖς ἀναστήσαντα πρόσθιαν τρίχα.

Inepta olim scriptura *ψυκτηρίας* et *πρὸς θεῖαν τρίχα* hanc

bellam genuit interpretationem: Unctum baccari psycterum pennis illum evexisse ad divinam fortunam. Canterus jam pridem correxit, quem omnes sunt secuti. Scaligero placebat ψακτηρίοις, quod jure cessit ψυκτηρίοις. Casaubonus ψυκτηρίοις ut substantivum explicavit et ita construxit verba: ψυκτηρίοις ἀναστήσαντα τρίχα πτεροῖς. Audiamus ipsum: „Cultum molliorem nescio cujus describit qui haec loquitur. Ait, baccari se ipsum inunxisse et crines anteriores erexisse sustulisseque in altum ope crinalis; quod poeta vocat alas, quia elata coma ab utraque parte capitis speciem alarum non male exhibet." Crinalis gratia affert deinde Ovid. Met. V, 52. 53. — Nos vero rectius, opinor, cum Schweighaeusero conjungimus ψυκτήρια πτερὰ eaque intelligimus flabella refrigerantia.

---

2. Ἀλκμαίων.

Tragoediam ejusdem inscriptionis docuit Euripides: Ἀλκμαίων ὁ διὰ ψωφῖδος, cujus fragmenta quaedam habentur. Item Theodectes Tragicus, [27]) ex qua hi vv. leguntur apud Grotium in Excerptis p. 445.

Σαφὴς μὲν ἐν βροτοῖσιν ὑμνεῖται λόγος,
Ὡς οὐδέν ἐστιν ἀθλιώτερον φυτὸν
Γυναικός.

In Nostri vero fabula satyrica Welckerus arbitratur, fortasse furorem Alcmaeonis propter matricidium con-

---

[27]) item Sophocles, item Astydamas, senior ut conjicio apud Arist. Poet. c. XIV. §. 13. item Agatho cit. in Bekk. A. G. I. p. 353, 6. 7. Mnesimachus cit. Diog. L. 8, 37.

ceptum ostensum fuisse (cf. Apollodor. III, 7. §. 5.) aut lustrationem ejus et, quod post hanc secutum est, conjugium cum Arsinoa, Phegis filia, initum Psophide, ubi Euripidiae etiam fabulae jacere scenam. At nimium est, quod scripsit ille de lustratione, de conjugio, de scenae loco. Jure enim nostro ex primis statim, quae exhibituri sumus, fragmentis colligimus, scenam fuisse Delphis; quum Delphici ibi aperte ut in vicinia astantes irrideantur. Itaque cadit nimirum argumentum in eam aetatis particulam, in qua Alcmaeon Furiis percitus consuluit deum Delphicum, qua ratione ab insania posset liberari illudque tulit responsum, quod ex Ephoro vel Demophilo servavit nobis Athen. VI. 232. E. F.

Athen. IV. p. 173. C. D. Ἀχαιὸς δ᾽ ὁ Ἐρετριεὺς ἐν Ἀλκμαίωνι τῷ σατυρικῷ καρυκοποιοὺς καλεῖ τοὺς Δελφοὺς [28]) διὰ τούτων

Καρυκοποιοὺς προσβλέπων βδελύττομαι.

παρόσον τὰ ἱερεῖα περιτέμνοντες δῆλον ὡς ἐμαγείρευον αὐτὰ καὶ ἐκαρύκευον. — — ,κἀν τοῖς ἑξῆς ὁ Ἀχαιός φησιν

Τίς ὑποκεκρυμμένος μένει,
Σαραβάκων κοπίδων συνομώνυμε;

Schweigh. praeteter necessitatem: vide, ne pro περιτέμνοντες oportuerit παρατέμνοντες discidentes aut prae-

---

[28]) cf. Otofr. Muell. de Dor. II, p. 419. 20. I, p. 360. annot. 1. Nicocharis Delias Athen. p. 172. Arist. Poet. c. 2. carmen Deliorum ut dei parasitorum, ludibriis plenum. — Hegesander, Schol. Pind. Nem. VII, 47. Hymn. in Apoll. v. 528. — De Deliis qui eadem conditione utebantur, ut quasi coquorum et pistorum et ceterorum id genus hominum vicibus fungerentur maxime memorabilia sunt verba Apollodori allata a Vossio Myth. Forsch., p. 112.

cidentes, quod vel diis offeratur vel apponatur convivis Athen. p. 152. A. Posteriora autem, in quibus Achaeus iterum nobis certe αἰνιγματωδῶς dixisse videtur, Casaubonus ita emendata voluit: Τί δ' ὑποκεκρυμμένεις Σαλάκων, κοπίδων σύγ' ὀμώνυμε; quid te clam occultans (sic enim convertit) manes nequam, qui vulgo κοπὶς cluis? — Maneat hic ipse cum sua explicatione, dum assentientem aliquem inveniat. Jam Toupius Epist. Crit. p. 50. postquam significavit, magni Casauboni ingenium locum expedire non potuisse, reponit, ut in plerisque sibi ipse blanditur, certissime

— — Τί ὑποκεκρυμμένος μένεις
Σαραμβικῶν κοπίδων συνομώνυμε — —

Ad haec observavit: „Nimirum hic coquus coquum alloquitur, quem festive vocat σαραμβικῶν κοπίδων συνομώνυμον, artis collegam. Sunt autem κοπίδες σαράμβικαὶ cultri coquinarii. Nam σάραμβος caupo sive coquus Atticus satis notus, de quo nos ad Suidam P. III. p. 409. Atque haec festiva sunt, et ita festiva, ut nihil festivius dici queat." Equidem addo: atque haec, de coquorum inter se allocutione, falsa sunt et ita falsa, ut nihil falsius dici queat; neque item non possum satis mirari, quomodo in his potuerit ille assensum ferre Schweighaeuseri. Athenaeum ille si accuratius inspexisset, Satyros loqui, non coquos e proximis percipere debebat: ἐπισκώπτουσι γὰρ οἱ Σάτυροι τοὺς Δελφοὺς ὡς περὶ τὰς θυσίας καὶ τὰς θοίνας διατρίβοντας. — His relatis nunc nostrum lubet de totius sententiae conformatione expromere judicium. Retinentibus nobis scripturam vulgatam: τίς μένει, probabiliter statuitur satyros alicujus vestigia sectari, de quo exquirunt Del-

phicos sive ut planius dicam, quid sentiam, sacerdotes Delphicos, quorum ex conventu jam unum alloquuntur proxime stantem. Sed quum ita vis interrogationis non posita sit in τίς pronomine, sed potius in verbis ὑποκεκρυμμένος μένει, ex canone Hermanniano (de Emend. Rat. Gr. Gr. p. 95. ad Vigeri librum p. 730.) cui comprobationis calculum adjecit Fritzschius in Quaestt. Lucian. p. 28, potius scribendum videtur inclinato accentu: τὶς μένει. Sin vero Casauboni et Toupii scribendi rationem adsciscimus clarum est, his unum ex istis hominibus Delphicis compellari, ita ut id, quod profertur, totius generis irrisionem continere putandum sit. Iamiam quid faciamus his: σαραβάκων κοπίδων συνομώνυμε. Haec certe: κοπίδων συνομώνυμε, audeo satis tuto explanare. [29]) Nihil aliud omnino his indicatur, quam: tu qui nomen invenisti a cultris coquinariis, hoc est, tu mi μάγειρε. Et hoc quidem ita comparatum est, ut haec lepida appellatio in totum Delphicorum genus cadat. Denique σαραβάκων quid sibi velit, id sane confitendum est nos nescire. Illud autem quod Toupius intulit Σαραμβικῶν [30]) elicit quidem sententiam, sed eam, si recte iudico, nimis quaesitam. Equidem putaverim, potius ab Achaeo tale adjectivum expressum

---

[29]) Aptum ad comparandum sese offert Philoxeni lurconis cognomen ἡ Πτερνοκοπίς, teste Athenaeo VI, p. 241. E.

[30]) cf. Plato Gorg. p. 246. Heind. Dicaearch. B. Ἑλλ. Gail. II, p. 125. et praeter Toup. Emm. P. III. p 409. Lps. Davis. ad Tyr. Max. IV. c. 5. Reisk. ut princeps coquorum colebatur Sicon, unde Aristophanis comoedia Aiolosicon nominis partem duxit. Similiter Ulysses apud Eur. Cycl. 402: καὶ καθάρπασας λάβρῳ μαχαίρᾳ σάρκας ἐξώπτα πυρὶ quod non de magnitudine cultri sed potius voracitate dictum esse videtur.

fuisse, quali species et munus κοπίδος accuratius designaretur. Et succurit mihi quidem vocabulum ejusmodi, quod ut huic parti respondet, ita non nimis recedit ab eo literarum ductu, qui in codicum scriptura conspicitur, et vero etiam pro fabulae natura dictum est jocose. Scripserim igitur:

Σαρκοφάγων κοπίδων συνομώνυμε. [31])

Athen. XI. p. 480. F. Ἀχαιὸς ὁ Ἐρετριεὺς ἐν Ἀλκμαίωνι ἀντὶ τοῦ κύλικες παραγώγως κυλιχνίδας εἴρηκε διὰ τούτων,

Ἀλλ' ὡς τάχιστα μέλανα δεῦρ' οἶνον φέρειν
Κοινόν τε χρὴ κρατῆρα καὶ κυλιχνίδας.

Quod in Cdd. Venet. et Palat. legebatur: δεῦρα μόνον, sicuti quod ex parte rectius in editione principe et Dalecampiana, id bene correxit Casaubonus δεῦρ' οἶνον scribens. Schweighaeuserus autem retinet δεῦρο μόνον, atque ad μέλανα subintelligit οἶνον, quod omnino fieri potest, si in antecedentibus vini mentio injecta erat. Versus secundi initio Casaubonus proposuit κανόν τε vel καινόν τε. Quid prius sibi velit, non capio; neque cepit Schweighaeuserus. Sed quod hic dicit, se putare, Commentatorem voluisse κενόν τε, id quidem Casaubono non dignum esse censeo. Conjicio igitur, eum voluisse dare Κανοῦν τε, quod haud male scriberetur, si conjecturae esset locus. Etenim κοινόν rectissime

---

[31]) Nunc mihi quaestio injicienda videtur, annon potius vocabulum restituendum sit ex delphica dialecto, de qua nonnulla affert O. Mueller. Dor. II. p. 532. 33., petitum, quod eadem fere ratione tenetur, qua θάβακον ex Hesychii testimonio Laconibus consuetum pro θᾶκον, ubi v. Hemsterh. et Koen. ad Gr. p. 354. — cf. δίκαι ἀλληλοφάγοι Teleclidis comici ap. Phot. Lex. i. v. Σεῖσαι, quem corr. Blomf. — Eodem lusu ab Aristophane farcimen dicitur ἀλλᾶς αἱματοπώτης in Eqq. 208. —

habetur, quum crater in commune serviret omnibus, calix suus cuique apponeretur. — Hesychius v. Ἀμηνίτως — ἀμέμπτως· Ἀχαιοί. Sopingius, iis adductus, quae glossa subsequenti leguntur: Ἅμ' ἡμέρᾳ Ἀλκαίῳ ἅμ' ἠοῖ et Achaei nomen restituit et adscivit: ἐν Ἀλκμαίωνι. Ἀχαιὸς emendandum esse unusquisque concedit. In talem enim speciem et in alteram quandam, ut hoc afferam, Ἀρχαιὸς Achaei nomen reperitur corruptum. Sed altera pars illius conjecturae aestimanda est perincerta.

3. Ἥφαιστος.

Nos non possumus certo constituere, quamnam potissimum Vulcani actionem *) haec fabula repraesentaverit, quum ridiculae res sat multae in illo acciderint. Illud vero, quod a Pausania in Atticis p. 35. Sylb. (I, 20.) de eo narratur, omnium maxime convenit cum eo, quod habemus fragmento. Eadem fabula cum alia plane diversa male compingitur ab Hygino Fabb. 166., atque inficete explicatur ab Aristide in Bacch. p. 29., ut observavit Welckerus p. 300. Multae etiam vasorum picturae exstant, quae eandem rem oculis nostris objiciunt, iis fortasse ad eas adhibitis modis, quibus satyrographi fabulam effinxerant. Nam ars Graecorum plastica ut in tragoediarum, ita non minus in dramatum satyricorum argumentis describendis multum saepeque elaboravit, de qua re adeas Welckeri librum et quos in hanc sententiam excitavit Langius in Vindiciis Trag. Rom. p. 58. cf. Boettig. Vasengem. II.

*) Hephaestus a Gitiade in aere fictus matrem solvens a throni vinculis. Paus. III. 17. §. 3.

p. 223 sq. Quod ad nostram rem attinet, pertinet huc imprimis Clem. Alex. p. 40. D. Sylb.: ubi in gentes invehitur, qui paniscis, satyris ebriis in picturis nudatis et aliis id genus delectentur. Timanthes, teste Plinio H. N. 35, c. 36. §. 6. pinxit Cyclopem dormientem in parvula tabella cujus et sic magnitudinem exprimere cupiens, pinxit juxta satyros, *thyrso pollicem eius metientes*. Ibid. p. 23. Aristidis Thebani filii Niceros et Ariston, cujus est satyrus cum scypho coronatus. §. 32. Antiphilus laudatus — nobilissimo satyro cum pelle pantherina, quem Aposcopeuonta appellant. Boettig. Arch. Mus. I, p. 100. Finxit Praxiteles Plinio teste 34, 19, 10. Ebrietatem nobilemque una Satyrum, quem Graeci periboeton cognominant, quam conjunctionem ex Nonni doctrina XVIII, 124. ubi Methe, Bacchi filia, mater et uxor persona omnino allegorica, Staphylo Satyro nupta dicitur, illustratum, ivit Welcker. ad Philostr. p. 212. nisi forte quam Plinius Ebrietatem vocat, non differebat omnino ab ipso Dionyso quem dicit Pausan. I, 20, *Διονύσῳ δὲ ἐν τῷ ναῷ τῷ πλησίον Σάτυρός ἐστι παῖς, καὶ δίδωσιν ἔκπωμα.*

Athen. XIV. p. 641. D. E.

Οἱ δὲ παλαιότεροι ἁπλῶς τραπέζας ἔλεγον ὡς Ἀχαιὸς ἐν Ἡφαίστῳ σατυρικῷ

Α. Θοίνῃ σε πρῶτον τέρψομεν· πάρεστι δέ.
Β. Τὸ δεύτερον δὲ τῷ με κηλήσεις τρόπῳ;
Α. Μύρῳ σε χρίσω πάμπαν εὐόσμῳ δέμας.
Β. Ὕδωρ δὲ νίψαι χεῖρας οὐ πρόσθεν δίδως;
Α. Ναί· καὶ τράπεζά γ' ἐκποδὼν ἀπαίρεται.

Deipnosophista haec affert, ut comprobet, veteres sine distinctione siv secundarum sive primarum utramque

speciem uno mensarum vocabulo insignivisse, additque deinceps pro hujus sententiae testimonio Aristophanis verba ex Vespis. Nimium est, quod Schweighaeuserus notavit, allatos testes parum commode delectos esse, quandoquidem cum in Achaei verbis tum in Aristophanis ἡ τράπεζα cibos quidem sive fercula quodammodo etiam significet; veruntamen, ubi mensa primum inferri aut apponi, et deinde rursus tolli dicatur, ibi proprie ipsa mensa intelligatur cum cibis imponendis vel impositis; commodius igitur deipnosophisa facturus fuerit, si talia quaedam protulisset, quale illud Antiphanis XI, 487. B. τράπεζα φύστη ἡμῖν ἔσται. Lubet hic annectere Virgilii verba Aen. I, 723:

Postquam prima quies epulis mensaeque remotae
Crateros magnos statuunt, et vina coronant.

In v. 1. quod scribit Casaub. πάρεστι γάρ. non ita necesse est, quamquam non sum nescius, δὲ et γὰρ sexcenties a librariis permutari. In v. 5. καὶ particula debetur eidem; libri enim offerunt hunc versum una syllaba defectum.

4. Ἶ ρ ι ς.

Fabulam satyricam ejusdem tituli Sophocles etiam scripsisse perhibetur; sed titulus hic non nititur nisi Athenaeo XIV. p. 646. C. ubi tamen Schweighaeus. antiquus codex praebet ἐν Ἔριδι, et sic citatur fabula ab Hesychio et in Lex Sangerm. apud Bekk. Anecd. Gr. I, 108. Quid vero Achaei nostri Iris negotii habuerit cum satyris, id non minus plane ignoratur, quam quid habuerint ejusdem Μοῖραι aut Κῆρες Aristiae.

Athen. X. p. 451. C. D.:

Ἀχαιὸς ὁ Ἐρετριεὺς — — πολλὰ αἰνιγματωδῶς ἐκφέρει, ὥσπερ ἐν Ἴριδι σατυρικῇ. λέγει γὰρ „Λιθάργυρος δ' ὄλπη παρῃωρεῖτο χρίσματος πλεκτὸν Σπαρτιάτην γραπτὸν κύρβιν ἐν διπλῷ ξύλῳ." τὸν γὰρ λευκὸν ἱμάντα βουληθεὶς εἰπεῖν, ἐξ οὗ ἡ ἀργυρᾶ λήκυθος ἐξήρτητο, Σπαρτιάτην γραπτὸν ἔφη κύρβιν ἀντὶ τοῦ Σπαρτιᾶτιν σκυτάλην.

Agnosco in hoc fragmento parodiam Doricae obscuritatis, cujus ex studio illud ipsum, de quo Athenaeus proximis, subnatum est gryphorum genus cf. Ottfr. Muell. II. p. 392. — De ὄλπη v. Schol. ad Theocr. II, 156. Alb. ad Hesych. 747. Valck. Ep. ad Roev. p. 50. Welck. Suppl. p. 111. — In editionibus antiquis post verba: παρῃωρεῖτο χρίσματος haec tantum legebantur: πλεκτὸν Σπαρτιάτην γραπτὸν ἔφη κύρβιν ἀντὶ τοῦ Σπαρτιάτην σκυτάλην. oratione deinceps ad proxima pergente: ὅτι δὲ λευκῷ ἱμάντι. Quae nunc pleniora et ad sententiam necessaria comparent scripta, ea accesserunt ex codice Veneto. Duplex fere in his cernitur poetae obscuritas; primum quod pro loro albo scriptam Laconicam scytalam, deinde quod ne scytalam quidem dixit, sed loco scytalae intulit κύρβιν. Ita conjunxit inter se res alienissimas, quippe κύρβεις Athenis appellatae legum tabulae plurimum differebant a scytalis Laconicis. Jam λιθάργυρος quid sit quaque mixtione contineatur, id rerum physicarum peritis committo explorandum. In vulgus haud scio an recte habeatur pro stanno. Hoc unum igitur monitum esse velim, ne quis putet λιθάργυρος vocabulum in verbis prolatis adiectivi partibus uti iisdem, quibus λιθαργύρεος, ut Schweig-

haeuserus quidem intelligere videtur, quodque ita in lexicis proditum video. Nego enim duo substantiva in unum copulata ita, ut forma alterius non' quicquam mutetur, adjectivi instar esse, Ὑδράργυρος, Χαλκοκέραυνος Aeschyl. fr. 178. Λιθαργύρεος Athen. 451. D. (Stesichorus.) et Λιθυργύρινος Arist. Elench. Soph. I. cap. I. §. 2. prorsus suspectos nos tenere debent in λιθάργυρος vocabuli partes adjectivas. (Χρυσοκόλλα — κολλος.) — Λιθάργυρος, ut consuetudo fert, maxime poetarum, in hujus generis vocabulis, opus significat ex lithargyro factum, atque id vi appositionis adjunctum est ὄλπη vocabulo. — Dicendum nunc est de grammatica verborum structura. Quae quo pacto omnino concipienda sit, negat Schweighaeuserus sibi apparere. Vix sanam essse verborum scripturam; nam hanc sententiam: ampulla suspensa erat ex κύρβι, graece nullo modo exprimi posse videri his: ὄλπη παρηωρεῖτο κύρβιν; constare utcunque rationem, si conversis nominum casibus poeta dixisset: ὄλπην παρηωρεῖτο κύρβις, quod sic intelligi posse: κύρβις ex se suspensam habebat ampullam. Schweighaeuserum fefellit illud, quod non reputavit in παρά praepositione neque sursum neque deorsum notionis significationem inesse, sed eam ex totius demum cujusdam sententiae complexu ad illam propinquitatis accedere posse. Ita prorsus non intelligo, cur non graece dicatur ὄλπη παρηωρεῖτο κύρβιν ampulla suspensa erat vel pendebat prope forum, ut tamen ampulla cogitetur inferiorem locum obtinere. Sed eodem, opinor, sensu ductus, quo Schweighaeuserus haec impugnavit, Casaubonus olim de Poesi Satyrica p. 139. ita censuit pristinum verborum nitorem resti-

tuendum esse: *Λιθάργυρος δ' ὄλπη παρῃωρεῖτο χρίσματος, ἀπὸ πλεκτοῦ σπαρτιάτου κύρβεως γραπτοῦ*, metri quidem nulla habita ratione. Atque hujus constructioni ut consulerem, verba huc illuc versavi et detorsi, nec tamen contigit, ut satis probabilem exquirerem rationem. Nam quum priora illa *Λιθάργυρος δ' ὄλπη παρῃωρεῖτο χρίσματος* et posteriora quoque *κύρβιν ἐν διπλῷ ξύλῳ* prorsus redolere viderentur metrum jambicum, conanti mihi hoc verbis reponere interposita ista imprimis repugnabant spondeis referta: *πλεκτὸν Σπαρτιάτην γραπτόν*. Sed commemorandus hic mihi est Toupius, qui in Epist. Cr. p. 29. Lps. ex parte certe versus conatus est refingere in hanc formam

— — *Λιθάργυρος δ'*
Ὄλπη παρῃωρεῖτο χρίσματος πλέα. [32])

Neque equidem negaverim, ut *πλέα* efficiatur ex compendiaria scriptura *πλε̄ κτον*, omni carere difficultate, siquidem vetusta exemplaria perscrutantibus, quamquam rarius, compendia occurrunt hujusmodi, *ε̄, ο̄, ῡ, ω̄*, pro syllabis *εα, οα, υα, ωα*, de qua re consulendus Bast. in Comment. Palaeogr. p. 740. Sed tum *κτον* illud remanet corrigendum. Quae vero permoverint Toupium, ut in *πλεκτόν* potissimum vocabulo corruptelae locum quaerendum esse censeret, ignorantur, quum rationes ille, ut in multis non addiderit. Igitur si of-

---

[32]) Cetera facillime procedunt, una ejecta littera unaque transposita voce:

Τὸν Σπαρτιάτην κύρβιν ἐν διπλῷ ξύλῳ
Γραπτόν. vel quod magis placet:
Τὸν Σπαρτιάτην γραπτὸν ἐν διπλῷ ξύλῳ
Κύρβιν.

fendebatur, quod Clearchus deipnosophista non iterum illud afferat in explicatione sua, aut quod nimis coacervata viderentur esse πλεκτός, Σπαρτιάτης, γραπτός, alterum speciosum quidem est, sed non valet satis; in altero autem vide ne fallat, quandoquidem poetae propter illam ipsam obscuritatem κύρβις, quam vellet intelligi, explicatius describenda erat. Quamobrem ne ipse quidem probo, quamquam modo postulati parum in iis amittitur, ea quae mihi visa sunt aliquando de versuum recudendorum ratione, quae tamen, ne fide careant, quae supra sunt dicta, subjiciam:

Λιθάργυρος δ'
Ὄλπη παρῃωρεῖτο χρίσματος πλέκος
Τοῦ Σπαρτιάτου κύρβεως γραπτοῦ τ' ἐνὶ
Διπλῷ ξύλῳ.

Suidas v. Βοῦς ἕβδομος: (nihil deficit) πέμματα κέρατα ἔχοντα κατὰ μίμησιν τῆς πρωτοφαοῦς σελήνης· ἐκάλουν δὲ αὐτὸν βοῦν, παρατιθέντες καὶ τὸ ἕβδομον, ὅτι ἐπὶ τοῖς ἓξ σελήναις ἐπεθύετο οὗτος ἕβδομος, ὡς Εὐθυκλῆς ἐν Ἀταλάντῃ· ὁμοίως δὲ καὶ αἱ σελῆναι πέμματα πλατέα κυκλοτερῆ, ἃ καὶ οὕτως ἐκάλουν· ἔστι δὲ παρὰ Εὐριπίδῃ ἐν Ἐρεχθεῖ, καὶ παρ' Ἀχαιῷ ἐν Ἴριδι. τάττεται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἄγαν ἀναισθήτων, καὶ Βοῦς ἐν αὐλίῳ ἐπὶ τῶν μηδὲν χρησιμευόντων. Suidam decurtavit Mich. Apost. V, 76. — Pauci sciunt, nostratium quae dicuntur cornua Martini, originem debere suam Pelasgis, lunae cultoribus, id quod aperuit Boettig. Curiositaeten T. II. p. I. p. 166. cf. etiam Lobeck. Aglaoph. II. p. 1064. sqq.

Pollux. Onom. X, 34. §. 154.

Ἀκτηρίδα τὴν βακτηρίαν Ἀχαιὸς ἐν Ἴριδι ὠνόμασε· καλεῖ δὲ οὕτω καὶ τὸν ῥυμὸν τοῦ ἅρματος ἢ τῆς ἁμάξης

ἀνέχον ξύλον, ὅταν ἄζευκτος ᾖ, ὃ στήριγμα καλεῖ Λυσίας. In his pro ἀκτηρίδα vocabulo Passovius merito proposuit βακτηρίδα.

Hesych. v. Ἐκολλόπωσε.

— συνήρμωσε κόλλῃ, καὶ γὰρ ἡ κόλλα ἀπὸ τῶν κολλόπων· ἔστι δὲ τὰ νωτιαῖα μέρη τῶν βοῶν, ἐξ ὧν γίνονται οἱ κόλλοπες, καὶ, οἷ ἐπιτείνουσιν τὰς χορδὰς, κόλλοπα ἔλεγον διὰ δερματιναῖς τὸ παλαιὸν χρῆσθαι. Ἀχαιὸς Ἴριδι. — Ita Casaubonus de P. S. p. 139 emendavit id, quod vulgatur: Ἀχαιοὶ Ἴριον. Caeterum de κολλοποῦν verbo vide Eustath. ad Odyss. φ. 407. p. 1915.

5. Λίνος.

Ea res, qua Herculis persona conjuncta erat cum Lino, tragicum quidem habebat eventum cf. Apollod. II, 4, 9. et Diodor Sic. III, 67. Sed qua ratione hunc licuerit obscurare, qua hilares potius et jucundissimos sermones injicere, norma nobis esto judicandi Alexis Comicus, qui in comoedia ejusdem tituli Herculem finxit, cum a Lino erudiretur, jussum ex multis libris, qui aderant, velut praeter Orpheum, Hesiodi, Homeri, Choerili, Epicharmi scripta et omnis omnino generis, ex his igitur sumere, quem vellet, protraxisse *librum de parandis obsoniis*, [33]) eumque curiose retinuisse. cf. Athen. IV. p. 164. B—D. O. Mueller. Dor. I. p. 434. Adde quos laudat Kiessl. ad Theocr. 24, 103. — Sch. cd. Victorian. ad Il. ς, 570. p. 513. a. 32 Bekk. pro καὶ ὁ παρὰ Δημητρίῳ scrib. ὅς. apud Plut.

---

[33]) puta Simi tragici histrionis l. de arte coquinaria, ut monet Meinekius Quaestt. sc. III. p. 35.

Symp. IX, 1. p. 736. F. Quod Lino hac fabula citharoedo, grammatici munus impositum sit, id ex eo repetendum, quod clarissimi musici velut Lampros, Aristoxenus et fortasse etiam Lasos disciplina quasi propaedeutica de litterarum potestate syllabarumque praecepta tradiderunt. *)

Athen. XV. p. 668. A. ubi deipnosophista de cottabi generibus exponit: Ἀχαιὸς ἐν Λίνῳ περὶ τῶν Σατύρων λέγων φησὶ

[34]) Ῥιπτοῦντες, ἐκβάλλοντες, ἀγνύντες, τί μ᾽ οὐ
Λέγοντες, ὦ κάλλιστον Ἡρακλεῖ [35]) λάταξ.

τοῦτο δὲ „λέγοντες" παρ᾽ ὅσον τῶν ἐρωμένων ἐμέμνηντο,

---

[34]) ῥιπτεῖν Tragicis eodem jure, quo πιτνεῖν eximendum esse judicat Elmsl. ad Eurip. Heracl. 150. At nullo jure ut πιτνεῖν verbum exemtum esse ab eo ad ej. fab. v. 77. Hermannus probavit in Classic. Journ.; ita ne ῥιπτεῖν quidem ullo damnatum esse statuit Herm. ad Soph. Aj. 235, addito a ῥίπτειν discrimine, quo illud valere sibi videatur: jactare, cf. φέρειν, φορεῖν.

[35]) Ἡρακλεῖ: quod suum ipse nomen infert Hercules, id puta ex intimo animo profectum, qui simul dolore, simul laetitiae specie movetur. Sic Ajax moriturus ap. Sophocl. v. 864.: τοῦθ᾽ ὑμὶν Αἴας τοὔπος ὕστατον θροεῖ· Atque Icilius apud Liv. III, 45. honoris ambitione mirabiliter elatus ad Appium ita: Non manebit extra domum patris sponsa Icilii. Cum nominis omine atque ambitiose Euthyphro ap. Plat. in dial. cogn. I. p. 5. A. H. St. — Theocr. XI, 72: Ὦ Κύκλωψ, Κ. πᾷ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι; Aesch. Prom. 506.

*) Ex fabula hujusmodi argumenti non ex Euripide, ut vult Porson. ad Med. 675. cujus fabularum catalogus non offert tale argumentum petitos arbitor vv. apud Plutarch Symp. v. supra; Rhapsodum enim comparat cum Lino Demetrio, Philippum filium cum Hercule, jubens ut quomodo et huic et ipsi regi dignum sit, filium instituat.

ἀφιέντες ἐπ' αὐτοῖς τοὺς λεγομένους κοττάβους· διὸ καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἰνάχῳ Ἀφροδισίαν εἴρηκε τὴν λάταγα. [36])

Verba litteris consignavi ita, ut sunt apud Dindorfium. Cujus si recte assecutus sensum, egregia est illa emendatio τί μ' οὐ λέγοντες, quippe prorsus nixa et Athenaei explicatione ἀφιέντες ἐπ' αὐτοῖς τοὺς λεγομένους κοττάβους, et ejus, qui totum hunc Athenaei locum respexit, Scholiastae ad Aristoph. Pac. 1243. verbis extremis: ὅτι δὲ τῶν ἐρωμένων ἐμέμνηντο, ἀφιέντες ἐπ' αὐτοὺς τοὺς λεγομένους κοττάβους δῆλον ποιεῖ Ἀχαιὸς καὶ Καλλίμαχος

Πολλοὶ καὶ φιλέοντες ἀκόντιον (scrb. c. Bentl. Ἀκόντιον) ἧκαν ἔραζε
Οἰνοπόται Σικελὰς ἐκ κυλίκων λάταγας.

in quibus ex Nostro pro ἐπ' αὐτοὺς rescribendum ἐπ' αὐτοῖς. Puta igitur, Herculem ipsum loqui graviter offensum quod satyri tumultuantes in convivio et cottabi ludo delectati sui non meminerint, quasi amasii, neque in suum honorem laticem meri ejecerint. Disputat autem deipnosophista ut proxima docent, de eo cottabi genere, in quo ex carchesiis latices in vacua acetabula, quae pelvis aquae innatant, ita conjiciuntur, ut haec vini copia petita in aqua demergantur, et ad hoc genus nostrum quoque refert locum. In tale studium intentos satyros describens: Mittentes, inquit ille, ejicientes, frangentes, cur me non nuncupant his:

[36]) Herculis partes in Cottabi ludo in Platon com. Διὶ τῷ κακουμένῳ Athen. XV, p. 667. B. μ, σκ. ἔχης τ. χ. μέλλων κοτταβίζειν, bene perspexit Welck. Mus. Rh. 1823. 1. p. 144. Similiter Amipsias scr. antiq. com. Dionyso partes dedit in Ἀποκοτταβίζουσι.

ah! pulcherrime Herculi sonat latex, intelligitque laticem ipsius nomini dicatum. Hinc illud *ἐπονομάζειν*, de quo vide Cratini vv. apud Athen. XI. p. 782. D. et Pindari, libro X. p. 427. D. E. Hinc Xenophon in Hellen. II, c. 3: *Κριτίᾳ τοῦτ' ἔστω τῷ καλῷ*. itemque in Symposio: *Ἀλκιβιάδῃ τῷ καλῷ*. Theocr. Idyll. 14, 18 —21. Athen. p. 667. C. — De *λάταξ* vero vocabuli originatione haud ingratum videtur verba legere Eusthathii ad Iliad. τ, 49. p. 1170, 50: *ὡς δὲ καὶ ἐκτρέχει τοῦ μέσου ἔστιν ὅτε τὸ σ, ἡ λάταξ δηλοῖ, γενομένη ἐκ τοῦ λᾶ ἐπιτατικοῦ μορίου, καὶ τοῦ στάζω στάξω*. quanquam satius profecto est ejus rationem plane relinquere in medio, si quidem talem quandam grammaticam arrogantiam Ruhnken. in Epist. Cr. I, p. 86. notavit rectissime. Ac mihi quidem inanis semper opera visa est posita illa in etymo ejusmodi vocabulorum explorando, quae in vulgus vocantur onomatopoetica. In Sicilia ortum cepisse hoc vocabulum, Dicaearchus observavit Messenius apud Athen. XV. p. 666. B. cf. 668. E. et Schol. Aristoph. l. c. Eodem loco Athenaeus lit. C. protulit Clitarchum *ἐν τῇ περὶ Γλωττῶν πραγματείᾳ*, qui testatur, Thessalos ac Rhodios latagam appellare strepitum e poculis factum, [37]) in quo quod proprium fuisse dicitur Thessalis et Rhodiis, id omnino censeo in primitivo vocabuli usu obtinuisse. *Λάταξ* pro eo, quod expressum est litteris, *πλάταξ* restituendum esse Michaeli Apostolio XII, 66. intellexit jam Dan. Heinsius. Verba ipsa ascribam, quae ad cottabi genus per-

---

37) cf. Hesych. *λάταξ· ψόφος, κότταβος, ὁ ἀπὸ ποτηρίου γενόμενος.* Id. *Λαταγεῖ· ψοφεῖ, τύπτει.* (Ruhnk. mavult *κτυπεῖ*.)

tineant videlicet simplicius: *Μεθυσοκότταβος ἐγένου.*] *Λάταξ χαλκῆ φιάλη, ἣν μεταξὺ τοῦ δείπνου ἐπέθεσαν οἴνου πεπληρωμένην. εἶτα εἰς μικρὰ ποτήρια ἐμβάλοντες οἶνον, εἰς ταύτην ἀπὸ ὕψους ἐρρίπτουν ἐπὶ τὸ ψόφον ἐντελέσαι, ὃς ἐκαλεῖτο κότταβος· ἐπῃνεῖτο δὲ ὁ μείζονα ψόφον ποιῶν· ἐκ τούτου οὖν μεθυσοκότταβος.* in quibus ceteras emendandi ab Heinsio adhibitas machinationes; *Μεθυσοκότταβος ἤτοι λάταξ ἐγένετο χαλκῇ φιάλῃ* — tuto rejicies. Quod vero vides, latagem in his appellari ipsum vas, cui vini vis illiditur, scito, id interdum factum esse eadem ratione, qua *κότταβος* proprie percussionis significans sonitum dicebatur pro *κοτταβείῳ*. cf. Critiae vv. apud Athen. p. 666. B. — lit. D. Groddeck. in: Antiquar. Versuch. p. 251 sqq.

Nunc ut ad Achaei verba revolvatur oratio, equidem bene sentio, licere etiam alium quendam atque Herculem loquentem introducere eumque male ferentem, quod non sibi, sed Herculi imprimis illa contigerint, ita ut *ὢ* interjectio doloris sit indicium, non laetitiae. Utra vero intelligendi ratio simplicior sit, expeditior, lenior, in suo cujusque id sensu positum esse iudico; modo ne in ullo resideat vel tenuissimus scrupulus de conciso illo dicendi genere *τί μ' οὐ λέγοντες, ὢ κάλλιστον Ἡρακλεῖ λάταξ*, quod et fervidiora, quae describuntur, ludendi studia excusant, et animus ejus, qui verba facit, incitatior. In utraque tamen interpretandi via quum scribendum sit *ὢ*, non *ὦ*, sua sponte patet, nos hac in parte discedere a Dindorfii explicatione, qui exhibuit *ὦ*; id quod nolim quemquam opinari, sine ratione et novitatis quodam studio esse factum. Perpendamus jam, qualem sententiam inferat scriptura

Dindorfiana. Latax ipsa invocatur, quasi huic ipsi Hercules (hunc enim puto Dindorfium etiam velle loqui) irasci debeat, quod suum nomen non audierit. Lepida profecto invocatio! Sic nihil impugno sententiam. At considera media illa: *κάλλιστον Ἡρακλεῖ.* Satisne sunt graece dicta? Vehementer id equidem dubitaverim, quum *κάλλιστον* ne possit quidem esse praedicati loco, sed arctissime cohaereat cum *λάταξ* vocabulo. Neque licet, si velis retinere illam sententiam, corrigere *καλλίστη Ἡρακλεῖ,* quod quo minus facias, metrum reclamat. Acquiescamus igitur in iis, quae sunt proposita, atque, quod reliquum est, superiorum conatus criticorum paulum perlustremus. Ac Casaubonus quidem, quum in libris corrupte scriptum exstaret: *τίμου,* atque statueret ille secum, Herculem esse, quo satyri comissabundi pereant, emendari voluit in hanc speciem:

Ριπτοῦντες, ἐκβάλλοντες, ἀγνύντες τἀμά,
Λέγοντες ὦ καλλίστῳ (aut certe, ut jubet, *καλλίστη*)
Ἡρακλεῖ λάταξ.

in quibus vides bis terve migratum esse metrum, quocirca ne verbum quidem addam de sententiae quodam incommodo. Jam Toupio in Epist. Cr. p. 45. ita visum est: rescribere: *ἀγνύντες τίν' οὐ Λέγοντες· ὦ κάλλιστος, Ἡράκλεις, λάταξ.*: quem non nuncupantes, o festivus, mehercule, latex! haud male habetur *τίν' οὐ λέγοντες,* quamquam magis praestat: *τί μ' οὐ λ.* Sed quod scripsit ille: *κάλλιστος λάταξ,* eo peccavit in genus hujus vocabuli. [38]) Quod Fiorillo, quem plagiarium

---

[38]) Pari ratione, qua *τὴν γέλγην* Graecis obtrudere volebat, notatus a Kochio Add. ad Piers. p. 84.

injuria Schw. Anim. V. p. 289. Toupium vocat in Germania redivivum, denique proposuit ad Herodem Attic. p. 163: *ἀγνύντες, θ' ὁμοῦ Λ. ὦ κάλλιστος, Ἡράκλεις, λάταξ.* ut omittam, aliquantum abhorrere *θ'* *ὁμοῦ* a scripturae vestigiis, atque in verbis extremis idem, quod in Toupii modo scriptura, castigandum esse, *θ' ὁμοῦ λ.* istud quis Graecorum usquam dixit? Deinde languet plane sententia. Postremo ne convenit ea quidem cum interpretatione *λέγοντες* verbi, quam continuo subjicit Athenaeus. Furca igitur tale quid expellatur! Nolo vero celare, quod mihi ipsi in mentem venerit, priusquam Dindorfii librum inspexeram:

Ῥιπτοῦντες, ἐκβάλλοντες, ἀγνύντες, Λίνον
Λέγοντες, οὐ κάλλιστον Ἡρακλῆ, λάταξ.

cujus quidem conjecturae recuso nunc amplius recipere patrocinium, praesertim quum propter fragmentorum defectum nihil omnino constet de conjunctionis modo, quae inter Herculem Linumque et satyros in hac fabula intercessit.

6. Μοῖραι.

Ejusdem fortasse argumenti fuerunt Aristiae *Κῆρες*. Hermippus quoque Comicus scripsit comoediam *Μοῖραι* inscriptam, cujus fragmenta exstant apud Athenaeum, Pollucem, Suidam. Sed neque ex duobus Achaei fragmentis, neque ex uno Aristiae, neque denique ex pluribus illis Hermippi licet conclusionem facere de munere, quod in his fabulis Parcae praestite-

Bekk. Anec. Gr. I. p. 102, 20. *Κυρίαν, οὔ φασι δεῖν λέγειν, ἀλλὰ κεκτημένην· τὸν δὲ, κεκτημένον μὴ λέγεσθαι, ἀντὶ τοῦ δεσπότου. Σατυρικοῖς κεκτημένον λέγει, Φιλήμων κυρίαν.*

rint. — Schol. ad Aristophan. Av. 357. affert versum ex *Achaei Μώμῳ* hunc:

Ἄρης ὁ λῃστὴς σὺν δορὶ σὺν ἀσπίδι,

quam fabulam quum nemo veterum memoraverit, vide ne titulus ex *Μοίραις* corruptus sit. Quamquam Sophoclis auctoritate uti licet, qui ejusdem indicis fabulam scripsit ut opinor, satyricam.

Athen. VII. p. 277. B. *καὶ κατὰ τὰς Ἀχαιοῦ δὲ Μοίρας*

Πολὺς γὰρ ὅμιλος πόντιον
Κύκλον σοβοῦσιν, ἐνάλιος θεωρία, *)
Χραίνοντες οὐραίοισιν εὐδίαν ἁλός.

Sic dedi de mea conjectura meoque periculo. „Magnus enim coetus circulum marinum h. e. circulum aquae in maris superficie formatum et protinus se volventem, excitantes propellunt, spectaculum aequoreum, turbantes caudis maris tranquillitatem. Probabiliorem certe hinc mihi videor elicuisse sententiam ea, quam aut corrector scripturae ab editionibus Veneta et Basileensi profectae *ποντίου κύλλου* effecit scribendo *ποντίου κοίλου*, aut quam praebet omnium fere codicum consensus sic exhibentium: *ποντίου κύκλου.* Quod Gesnerus vero, Polyhistor ille, de Aquatilibus p. 177. ineptam scripturam: *ποντίου κύλλου* ita curavit, ut substitueret *Ποντίου* atque explicaret cyllum s. scyllum i. e. canem marinum Ponticum; de *κύλλος* forma pro *σκύλιον* mihi quidem non constat quidquam, et si constaret, quoniam in talibus multum solet variari, ne ullo quidem modo ferrem istos canes in verbis Achaei. Legas enim proxima Athenaei verba, et concedes, ut in Sophoclis

*) v. Welck. Suppl. p. 139. 40.

versibus, ita in A. debere contineri omnium [39]) omnis generis piscium descriptionem, non vero speciei cujusdam. Dalecampii deinde ridiculam omitto interpretationem: „turba mutilorum piscium" quam unusquisque miratur quomodo vel potuerit ex his verbis extricare. Jam Causauboni emendatio *κοίλου* rarius infert dicendi genus, quod nescio an ex nullo scriptore comprobari possit. Sed quid attinet horum rationem habere, quum cdd. offerant *ποντίου κύκλου*, quod quidem licet dupliciter accipere. Etenim aut mare significatur terram longe lateque circumcirca cingens, aut adoptavit in his poeta veterem illam philosophorum sententiam, universam terram esse insulam, quam Oceanus sive mare Atlanticum circumfluat. Cf. Periz. ad Aelian. V. H. III, 18. Aristot. de Mundo c. 3. p. 20 et 22. Batteux. (p. 466. Casaub.) Nihilo minus, quum, quinam coetus intelligendus sit, apparere id judicarem ex tota descriptione, non poteram ab me impetrare, ut supprimerem lenissimae mutationis conatum, quo sat magna vis spectaculo marino adderetur. Deinceps quod scripsi *σοβοῦσιν* pro *σοβῶν*, feci ut metrum versus compensarem. Miror autem Dindorfium etiam in eo, quem versuum instituit, ordine vitium metricum reliquisse his: *Ἐνάλιος θεωρία.* Nolim vero cum Schweighausero *θεωρίαν* pompam, chorum, quasi sacram legationem, interpretari, ut id respondeat Sophocleo, quod antecedit,

---

[39]) Si non omnium, certe spectabilium velut thunnorum, quorum frequens pompa, ut hoc utar vocabulo, ducitur certo tempore in pontum Euxinum. Cf. Boett. Amalth. II, p. 303. Aristoph. Eqq. 312.

vocabulo χορός, quum huic respondeat πολὺς ὅμιλος atque simplicissimum sit spectaculum omnino intelligere. Denique de χραίνειν vocabulo, quod in his suam sibi propriam potestatem vindicat, consulatur Porso ad Eurip. Orest. 909. Jam Blomfieldi non multum aberat, quin ne mentionem quidem injicerem, qui in Glossar. ad Aesch. S. c. Th. v. 379. ita de nostro loco hallucinatur: „Legendum forsan Κύκλῳ (voluit igitur in proximis aut πόντιος aut ποντίῳ) σέβουσιν, ἐνάλιος θεωρία, χραίνοντες οὐραίοισι τὴν κεκτημένην. σέβουσιν, Neptunum scilicet vel Amphitriten vel etiam Protea. V. Iliad. XIII, 27.. Quint. Calab. V, 93. Philostrat. Icon. I. p. 742. Morell. Virg. Georg. IV, 430." Verum enim vero haec et sine necessitatis vi obtruduntur nobis, et extrema verba tam violenter sunt mutata, praesertim pro ejus viri persona, qui alias non solet nisi leviora in corrigendo machinari, ut si complura ejusmodi specimina in lucem proferantur, actum esse videatur de arte critica. Neque magis obsecundandum esse censeo proximo ejus monito: „Fortasse tamen sub κύλλου latet vox quaedam verbo κυλλαίνω affinis. Hesych. Κυλλαίνων κάτω." — Qua tandem ratione ista vox accommodari possit piscibus, equidem plane non assequor. Satis vero de hoc, qui nos certe non movet multum in aliis, in his ne minima quidem ex parte. Nunc id afferam fragmentum, quo argumentum fabulae satyricae evincitur, quum minus id appareat ex allato.

Hesych. v. Νυμφόβας. [40]) Ἀχαιός· ὃς ἦν δεινὸς ἐπιβαίνειν ταῖς νύμφαις. καὶ ἐν Μοίραις

[40]) De forma vide Lobeck. Parerg. ad Phryn. p. 609. 10.

— — Βαβαὶ, βαβαὶ, βήσομαι [41])
Γυναῖκας

ἐπὶ τῆς ἀφροδίτης. Sic Toupius Epist. Cr. p. 82. verba exhibuit, ἐπιβαίνειν rescripto ex ἐπιβαίνων. Nam quod legitur ἐν μύροις, eadem corruptela exstitit, quae occupaverat olim Hermippi Μοίρας apud Athenaeum XI, 476. D. quam sine ulla dubitatione refingere debebat Koenius ad Gregor. Cor. p. 18. — Pro ὃς ἦν δεινὸς Casaubono de P. S. p. 140. reponere placuit Σειληνὸς ex Phot. Lex. v. Νυμφόβας, qui Achaei memoria omissa eandem fabulam satyricam, cujus ne index quidem cognoscitur, respexisse videtur: N. Σειληνὸς τῶν νυμφῶν ἀνήρ. Et quum litterarum ductus in vocabulis: ὃς ἦν δεινὸς et Σειληνὸς non adeo inter se dissideant, si reliqua explicationis pars apud utrumque concineret, haud cunctanter parerem Casaubono.

7. Ὀμφάλη.

De Herculis servitute quam serviebat Omphalae,

---

[41]) v. Moeris p. 3. 4. ἀναβῆναι. Koch. p. LXV. Audacius igitur poeta simplex verbum compositi vice fungi jussit. — Similiter Dionysus χοιροψάλας ap. schol. inedit. ad Clem. Alexandr. Protrept. p. 33, v. 20. ed. Pott. quem locum publicavit R. Klotz in Jahn. Nov. Ann. 4. V. 4. P. 1832. p. 400 sq. X. Διονύσιος ἐν Σικυῶνι τιμᾶται τῆς Βοιωτίας, ὡς Πολέμων ἐν τῇ πρὸς Ἄτταλον ἐπιστολῇ· ἔστι δὲ μεταλαμβανόμενον ὁ τὸν χοῖρον ψάλλων, τοῦτ' ἔστι τίλλων· χοῖρος δὲ γυναικεῖον αἰδοῖον, ὡς μαρτυρεῖ καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ἀχαρνεῦσι λέγων
Δικαιοπ. χοῖρε, χοῖρε
Κόρη· κοΐ, κοΐ,
Δικαιοπ. τρώγοις ἂν ἐρεβίνθους; εἰπέ μοι
Κόρη· κοΐ, κοΐ. v. 801. 2. Unde Klotz. triplicis κοΐ correctionem petivit.

v. Hygin. Fab. 32. Schol. ad Odyss. 21, 23. Apollod. II, 6. 3. Diod. IV, 31. Miseram vero conditionem, qua Hercules κροκωτοφόρος tenebatur, eleganter ex tabula descripsit Lucian. de Histor. conscr. c. 10. Tom. II, p. 15. Reitz. quocum cf. Ovid. Her. IX, 53 sqq. Senec. Herc. F. 467—73. Hipp. 318—330. imprimis etiam Plutarch. an seni respubl. ger. vol. IX, p. 140. emend. a Toup. Op. II, p. 98. Hinc in proverbio erat: Hercules servit Omphalae, de rebus incredibilibus. V. Mich. Apost. XIV, 49. qui fabulae exornationem pro inepto suo more hominibus tribuit fatuis. Omphalen item fabulam satyricam scripsit Jon, comoediam ejusdem tituli *Cratinus junior* et Antiphanes. — Fabula quid sibi voluerit egregie perspexit O. Muell. Dor. I, p. 415 sq. cf. p. 450. A Comicis Aspasiam, qua devinciebatur magnus Pericles, novam Omphalen vocatam esse constat ex Plutarch. Peric. 24. — Mythogr. II. in A. Mai. Class. Auctt. T. III, p. 141. 269. — Filium ex Omphale Hercules procreavit 1) Acheletem, qui Lydis imperabat, Schol. Vict. ad Il. ω, 616. 2) Melam, σ, 219.

Athen. XI, 466. E. F. Ἀχαιὸς δ' ὁ τραγικὸς ἐν Ὀμφάλῃ καὶ αὐτὸς περὶ γραμματικοῦ ποτηρίου ποιεῖ τοὺς Σατύρους τάδε λέγοντας,

Ὁ δὲ σκύφος με τοῦ θεοῦ καλεῖ πάλαι,
Τὸ γράμμα φαίνων, δέλτ', ἰῶτα, καὶ τρίτον
Ὦ νῦ τό τ' ὖ πάρεστιν, οὗ κἀπουσίαν
Ἐκ τοὐπέκεινα σὰν [42]) τό τ' οὖ κηρύσσετον.

---

[42]) Athen. p. 454. F. Inscriptiones ferunt dorismum. cf. Welck. in Mus. Rh. 1832. I. p. 139 annot. Equorum signa, san

ἐν τούτοις λείπει τὸ ε̄ στοιχεῖον κ.τ.λ. quae sunt omnino lectu digna. Nemo sane audiet Dawes. Misc. Cr. p. 123. (ed. a. 1745.) quod in v. 2. a libris traditur φαῖνον ita explicantem, quasi non secus absolute dictum sit, atque ἐξόν, μετόν, παρόν, reliqua. Adscivi igitur Toupii correctionem in Epist. Cr. p. 99. Τὸ γράμμα vero significat inscriptionem, ut apud Athenaeum V. p. 209. B. D. apud Polyb. IV, 33, 2 et 4. De inscriptione ipsa, quae par fere monumento haberi debet, haec sunt animo informanda. Scypho a caelatore insculptum erat: ΔΙΟΝΥΣΟ h. e. Διονύσου. — Absurdum profecto est statuere scriptum fuisse ΔΙΩΝ., quum Ω post Euripidis demum mortem, Euclide Archonte Olymp.

---

et koppa, ad Corinthum et Syracusas spectant et ad Pegasi ortum. Boettig. Vasengem. I, 124. Annali di corresp. archeol. I, 317. — Non admittendum est San alphabeto attico, ut fecit Athen. X. p. 453. Dind. cf. Boeckh. oecon. civ. Athen. II, 386. Illum quidem sequitur Wachsm. I, 2. p. 269. Sed cf. Boeckh p. 209. 377. Thiersch. Gr. gr. p. 20. Wolf. Prolegg. p. 63. Bekk. Anecd. gr. II. p. 783. de quo scholio in Dionys. Grammatic. v. Welck. in Mus. Rh. l. c. p. 151. πιθανὸν δὲ κατὰ τόπον εὑρετὰς (τῶν στοιχείων) γεγενῆσθαι. διὸ καὶ ἄλλοι παρ' ἄλλοις εἰσὶ χαρακτῆρες τῶν στοχείων. οἷς δὲ νυνὶ χρώμεθα, εἰσὶν Ἰωνικοί, εἰσενέγκαντος Ἀρχίνου (cf. Ruhnk. Hist. crit. Oratt. gr. p. 42. 43. Vales. ad Harpocr. p. 253, 54.) παρὰ Θηβαίοις (scribendum: παρ' Ἀθηναίοις) ψήφισμα τοὺς γραμματιστὰς ἤγουν τοὺς διδασκάλους παιδεύειν τὴν Ἰωνικὴν γραμματικὴν ἤγουν τὰ γράμματα. Minus recte Welck. grammatici putat opinionem fuisse, quamquam ipse concedit, mox post illud decretum in scholis etiam conversionem factam. — cf. Spanhem. de usu et praest. Numism. T. I. p. 83 sqq. Marx. Ephor. Fragm. p. 240. Corsini Fasti Attici T. III. p. 276. — Res haud parvi momenti in dijudicanda pacis Cimonia veritate. V. Dahlmann. Forsch. f. d. Geb. d. Gesch. I, p. 88. sqq.

94, 2. in scribendo usurpari inceperit. cf. Valck. ad Schol. Eurip. Phoen. 688. Jam satyri *ο* pronuntiabant *ω*, quoniam id erat in cujusvis arbitrio, sive recte fiebat sive minus. Nomen autem *ο* litterae antiquitus sonabat *οὖ*, sicuti *ε* litterae *εἶ*. Hinc satyri *ο* litteram in extrema vocis syllaba conspicuam, qua sculptor poculi *ου* diphthongum denotari voluit, id ipsum non considerantes praepropere appellant *τὸ οὖ* itaque, ut verbis Athenaei utar, *ἐδήλωσαν, ὅτι συνυπακούεσθαι δεῖ καὶ τὸ υ, ἵν' ᾖ Διονύσου.* Ex his intelligitur, cur probaverim Porsonis emendationem *οὖ κἄπουσίαν*, cur deinde Toupium existimem verum tetigisse certe in eo, quod librorum scripturam *κοὐκ ἀπουσίαν* retinens post *κηρύσσετον* verbum signum posuit interrogandi; Dawesium contra abire jubeam non minus atque Tyrwhittum apud Burgess. in Not. ad Daw. M. p. 424, qui scripturam amplexus vulgatam interpretatur sic: „et ex alia parte Σ et O proclamant non absentiam i. e. praesentiam" scilicet aut suam aut pleni Dionysi nominis. Quod quum plane contradicat ipsius Athenaei verbis, miror Schweighaeuseri etiam tulisse assensum. De consuetudine denique *ο* et *ε* litteras pronuntiandi ita, ut est supra, v. Muret. VV. LL. 18, 1. Koen. ad Greg. Cor. p. 191. Athen. X, p. 453. D. F. Grammat. March.

Athen. VI. p. 267. D. *Ἀχαιὸς ἐν Ὀμφάλῃ περὶ τοῦ Σατύρου λέγων φησὶν — — Ὡς εὔδουλος,* [43]) *ὡς εὔοικος ἦν. ἰδίως λέγων, ὡς χρηστὸς ἐς τοὺς δούλους ἐστὶ καὶ τοὺς οἰκέτας.*

---

[43]) Pollux III, 80: *εὔδουλος, ὁ εὖ τοῖς δούλοις χρώμενος· καὶ τὸ δρᾶμα Δουλοδιδάσκαλος* (videlicet Pherecratis).

Hesych. Φαναῖος [44]) Ἀπόλλων. Ἀχαιὸς ἐν Ὀμφάλῃ. Χίοις οὕτω λέγεται. cf. tamen Auct. Rhes. 355. Observatt. Misc. II, 1. p. 11. —

Diog. Laert. II. 5. 133. ὅθεν [Μενέδημος] καὶ πρὸς τοὺς ἀντιπολιτευομένους ταῦτα, φασί, προσεφέρετο·

Ἥλισκετ' ἄρα γε καὶ πρὸς ἀσθενῶν ταχὺς
Καὶ πρὸς χελώνης αἰετὸς βραχεῖ χρόνῳ. [45])

ταῦτα δέ ἐστιν Ἀχαιοῦ ἐκ τῆς σατυρικῆς Ὀμφάλης. — γε inserui c. Grot. Exc. Tr. et C. p. 443. Haec hactenus de Achaei certis fabulis satyricis. Reliqua subsequentur.

Afferentur jam complura fragmenta fabularum, quarum tituli quidem carent satyrici generis indicio, sed ipsorum color fragmentorum tantopere abhorret a tragico, ut sine retractatione illas in numerum satyricarum recipiamus. Sic Athenaeus VI. p. 270. E. profert Achaei fabulam *Cycnus* inscriptam: διὸ παραχωρῶ σοι, ὦ γάστρων, τῆς τοιαύτης ἐμφορεῖσθαι σικήσεως

Πεινῶντι γὰρ ἀνδρὶ μᾶζα τιμιωτέρα
Χρυσοῦ τε κἀλέφαντος

κατὰ τὸν — —. Anapaestus pede secundo defendi quidem potest exemplis Euripidis in Cycl. v. 272:

Ἀπόλοιθ' ὁ πατήρ μου· τοὺς ξένους δὲ μὴ ἀδίκει

et v. 334. 560. 562. 647. 684. nisi tamen mavis cum Eustathio, qui verba laudat p. 1818, 10, scribere: πεινῶντι δ' ἀνδρὶ, praesertim quum ex Porson. observ. ad

---

[44]) Schneideri error in Lexic. s. h. v. quem tibi eximet O. Mueller. de Dor. I. p. 263. annot. 6, similis ejus est, quem commisit olim Brunck. in Fragm. Soph. Aegei fab. II. miscens ταύρειον πόμα et πῶμα ταύριον. Rescribas: αἷμα ταύρου γ' ἐκπιεῖν.

[45]) Diog. spectat Aesop. f. 224. p. 112 Schn.

Eur. Med. 1083. *δέ* in *γάρ* saepius corrumpatur, quam contra factum est; et sic habet Grot. p. 443. Haec igitur si minus conveniant tragoediae, ut sensit jam Grotius, de titulo videndum est, quis Cycnorum, de quibus legimus, spectatus sit; deinde quid argumenti poeta tractaverit. *Κύκλον* enim, Cd. Palat. et Venet. pr. scripturam relinquimus, neque ferimus Grotium corrigentem *Κύκλωπο*, propterea quod *Κύκνον* scripturae accedit Hephaestionis auctoritas de metr. (p. 7. G. s. 18. Gaisf.): *ἄλλως τε καὶ τὸ ἐλήλυμεν ἐδείξαμεν καὶ ἐν ἄλλοις μέτροις συνήθως αὐτοῖς λεγόμενον, ὡς παρ' Ἀχαιῷ ἐν Κύκνῳ*

Κύκνου δὲ πρῶτα πρὸς δόμους ἐλήλυμεν

παρ' ᾧ καὶ τὸ δεύτερόν ἐστιν ἀκολούθως πρόσωπον,

τοιοῦδε φωτὸς πρὸς δόμους ἐλήλυτε.

Non bene significari potest Cycnus ille Neptuni filius, ab Achille bello Trojano victus. Ovid. Met. XII, 17. Persuasum mihi est, fabulam pertinere ad unum ex Cycnis illis Graeciae latronibus, quorum alter perhibetur Martis et Pelopeae filius fuisse, cf. Hesiod. Sc. H. 346 sqq. Pind. Olymp. 10, 19. ibique Scholiast. Hygin. 31. alter Martis filius et Pyrenae, Apollod. II, 5, 11. Hygin. 273. De utroque unum fere idemque narratum legimus, ut si locorum praeteris differentiam, mores fataque alterius ab altero nihil discrepent. Uterque viatores praedatur atque spoliat, Hercules cum utroque luctatur, utriusque Mars praesens comilito, utriusque Hercules interfector. Patet hinc ad quod genus dramatis satyrici fabula referenda sit, ad illud dico, quo immanes homines libidinibusque horrendis dediti cum satyris ipsorum servis conjuncti exhibentur. — Alexis

quoque comicus scripsit comoediam ejusdem indicis, item Eubulus [Προσουσία ἢ Κύκνος] Athen. VII, p. 301. A. quod si confirmare etiam potest nostram de Achaei Cycno conjecturam, nihil tamen ex eo fragmento, quod Athenaeus servavit XI, p. 472. A. accuratius de argumenti exornatione licet nobis definire.

Deinde afferuntur Ἆθλοι Achaei, cujus fabulae quae fragmenta exstant, nemo est, qui ea tragoediae severitati vindicaturus sit. Nam quae Athen. habet X, p. 417. F.

Πότερα θεωροῖς εἴτ' ἀγωνισταῖς λέγεις;

B. Πόλλ' ἐσθίουσιν, ὡς ἐπασκούντων τρόπος

ea cui rei cum ceteris Comicorum locis inserviant declarandae, ipse deipnosophista aperuit 417. B. verbis his: *καὶ ἔθνη δὲ ὅλα εἰς πολυφαγίαν ἐκωμῳδεῖτο, ὡς τὸ Βοιωτόν*. Neque convenit ullo modo ista ad spectatores conversio cum tragicorum consuetudine. Caeterum de illa Boeotorum natura, cui debetur ex Plutarchi quidem *περὶ σαρκοφαγίας* sententia origo proverbii: Boeotica sus, v. Erasm. Adag. I, 10, 6. — Inde confidentius statuere licet de iis, quae Athen. profert XV, p. 689. B. *Τοῦ δ' Αἰγυπτίου μύρου μνημονεύων Ἀχαιὸς ἐν Ἄθλοις φησίν·*

Ἰσάργυρόν τ' ἐς χεῖρα Κυπρίου λίθου

Δώσουσι κόσμον χρισμάτων τ' Αἰγυπτίων.

Ad *ἰσάργυρον* cf. Aesch. Ag. 968. Athen. 359. A. Cyprius lapis est smaragdus, de quo Theophr. de Lapidd. Opp. p. 359. Plin. H. N. 37, 17. De Aegyptio unguento cf. p. 550. D. E. 690. A. Frequens mentio apud Theophr. de Odorib. qui parari illud ait ex cinnamomo et myrrha; v. Athen. 688. F.

Ad eandem denique fabulam pertinere videntur, ut etiam Schweighaeuserus auspicatur, Athenaeo servata X, p. 414. C. D. καὶ ὁ Ἀχαιὸς (pro quo codd. depravati Ἀχίλλειος) δὲ ὁ Ἐρετριεὺς περὶ τῆς εὐεξίας τῶν ἀθλητῶν διηγούμενός φησιν·

Γυμνοὶ γὰρ ὤθουν φαιδίμους βραχίονας,
Ἥβῃ σφριγῶντες ἐμπορεύονται, νέῳ
Στίλβοντες ἄνθει καρτερὰς ἐπωμίδας,
Ἄδην δ' ἐλαίου στέρνα καὶ ποδῶν κύτος
Χρίουσιν, ὡς ἔχοντες οἴκοθεν τρυφήν.

Quo in loco observanda est ἐμπορεύεσθαι verbi rarior significatio, quam Sophoclis imprimis licet confirmare consuetudine Electr. 405. Oed. Tyr. 456. Fragm. 54. Ad οἴκοθεν ἔχειν cf. Markl. ad Eurip. Suppl. 183. Troad. 648. s. 670. Seidl. Agath. V, p. 162. (Toup. Op. I. p. 457.) Plaut. Mil. glor. II, 2, 38. 39.

Argumentum quale hujus fabulae fuerit, de eo satius est non quaerere, quam conjecturas proferre incertas. — Jam ex ceteris fabulis, quarum et tituli et fragmenta valde exigua afferuntur, nullam omnibus fere collatis inveni, quae tuto referri possit ad satyricum argumentum. Sed singula quaedam praeterea exstant, quae nolim quenquam opinari in tragoedia locum suum habere, velut apud Athen. I, 31. A. Ἀχαιὸς δὲ τὸν Βίβλινον (ἐπαινεῖ)

Ἐδεξιοῦντο Βιβλίνου μέθυος ἐκπώματι,

ubi Cdd. B. D. μέθους. Scr. μέθης c. ed. pr. et Casaub. et cf. Soph. Oed. R. 779. Arist. Polit. 8, 5.

Apud eund. II, 63. B. Ἀχαιὸς „Ἡ τοσούσδ' Αἴτνη τρέφει κοχλίας κεράστας, pro quo malim ordinatis versibus:

ἢ τοσούτο'
Αἴτνη τρέφει κοχλίας κεράστας·

Griphus de cochlea propositus legitur in Teucri Definitionibus apud Athen. X, p. 455. E. huic similis; quocum conferatur *Cic. de divinat.* II, 64, ubi „quem hominum more cochleam *diceret*", rescribendum est *dic e re.* cf. Tacit. Ann. I, 24.

Denique ap. Schol. ad Aristoph. Ran. 186. ubi Dionysus,

Χαῖρ' ὦ Χᾶρον, χαῖρ' ὦ Χᾶρον, χαῖρ' ὦ Χᾶρον,

ad quod ille commentatur: *Δημήτριός φησι Ἀχαιοῦ ὅλον εἶναι. λέγουσι δ' αὐτοὶ σαπροί· Χαῖρ' ὦ Χ. κ. τ. λ. ἤπου σφόδρα θυμῇ. ἢ οὕτω πιθανὸν ὑπονοεῖν, τρεῖς τοῦτο λέγοντας ἀσπαζομένους τὸν Χάρωνα, Διόνυσον, Ξανθίαν καὶ τὸν Νεκρόν· δεῖ γὰρ ὑπονοῆσαι αὐτὸν βούλεσθαι συνεμβαίνειν αὐτοῖς.*

Adde Scholiast. ad Arat. v. 172. Apud Artemidor Oneirocrit. c. 25. male *Archaeus* legitur pro *Achaeus.* Caeterum Lucian. pro Lapsu inter salutandum c. 6. *ὑγιαίνειν* verbum demonstraturus in tragoedia et vetere comoedia usurpatum esse in primo statim congressu affert inter alia etiam *Achaei* exemplum: *Ἥκω πεπραγὼς δεινά, σὺ δ' ὑγίαινέ μοι.* Sed haec hactenus de Achaeo. Sequatur jam

II. Aristias [46]) Phliasius. [47])

Patre is usus est Pratina, inventore fabularum satyricarum, unde ad veri similitudinem quandam aeta-

---

[46]) De nominis scriptura vid. Siebel. ad Paus. l. c. Male a Clint. Fast. Hell. p. XXXII sribitur Aristeas.

[47]) Phliasiorum Bacchicarum rerum studium intelligitur et-

tem ejus constituere licet. Quanti hujus dramata satyrica aestimata fuerint, si non ab Atheniensibus, quorum multi peregrini experti sunt invidiam, certe a posteris justis et rerum poeticarum peritis, quali deinde munere a popularibus honoratus sit, Pausanias designat. II, 13. §. 5. his: *Ἐνταῦθά* (apud Phliasios) *ἐστι καὶ Ἀριστίου μνῆμα τοῦ Πρατίνου· τούτῳ τῷ Ἀριστίᾳ σάτυροι καὶ Πρατίνᾳ τῷ πατρί εἰσι πεποιημένοι πλὴν τῶν Αἰσχύλου δοκιμώτατα,* quamquam Menedemi philosophi judicium Achaeo tribuit fabb. satyricarum *δευτερεῖον·* quo faciunt etiam verba auctoris vitae Sophocleae: *συνηγωνίζετο δὲ Αἰσχύλῳ καὶ Εὐριπίδῃ, καὶ Χοιρίλῳ καὶ Ἀριστίᾳ καὶ ἄλλοις καὶ Ἰοφῶντι τῷ υἱῷ.* Falso olim *comicus* habebatur a plurimis, ut a Casaubono Animadvv. II, 19. p. 123. ab Ursino in Virg. Illustr. p. XXI. a Gatak. Opusc. I, p. 452. ab Harlessio Bibl. gr. p. 423. qui plane immerito castigat Erasm. in Adag.: Perdidisti vinum. Fefellit etiam haec opinio Valckenarium in Epist. ad Roever. p. XXI. s. Theocriti ed. Heind. p. 282. Schweighaeuserum in Indice ad Athen. et Runkelium in Cratini Fragm. *Ὀδυσσ.* p. 38.

Sed ansam dedit hujus erroris Aelian. Nat. Anim. VI, 51. extr. *τί οὖν ἐγὼ τοῦ μύθου ποιητής; ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποιμι. ἐπεὶ καὶ πρὸ ἐμοῦ Σοφοκλῆς ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητὴς καὶ Δεινόλοχος ὁ ἀνταγωνιστὴς Ἐπιχάρμου καὶ Ἴβυκος ὁ Ῥηγῖνος καὶ Ἀριστέας καὶ Ἀπολλοφάνης ποιηταὶ κωμῳδίας ᾄδουσιν αὐτόν,* ubi malim *ποιητής.*

Colorem fabularum satyricarum in iis, quae sta-

---

iam ex eo, quod Phlius ferebatur Bacchi filius, ab quo urbs nomen acceperit. Didym. schol. ad Il. *β.* 571. *Ἀραιθυρέην· αὕτη ὕστερον Φλιοῦς προσηγορεύθη ἀπὸ Φλιοῦντος τοῦ Διονύσου.*

tim subjiciam, fragmentis agnovit *A. Meinekius* in Comment. miscell. I, p. 23. sqq.

1. *Κ ῆ ρ ε ς.*

Toupio quidem eo loco, quo una superest hujus fabulae memoria, scribendum videtur *ἐν τοῖς Κρησίν*, atque probavit id Meinekius. Sed jure Welckerus p. 286. 295. contra monuit, *Cretes* titulum non sapere argumentum satyricum, quod tamen egregie cognoscitur ex ipsius fragmenti sententia. Nam ex omnibus omnino fabularum satyricarum indicibus unus tantum adest, qui referat nomen gentile, Aeschyli dico Europam vel Cares, idque eo minus habet momenti, quo magis propter fragmentorum paucitatem dubium est, an illa fabula revera fuerit satyrica. Si fuit, quomodo illa tituli species explicari possit, Welckerus nobis monstravit p. 311. Sed utut est, malumus confiteri, nescire nos quidquam de argumento hujus Aristiae fabulae aeque ac nescimus de Achaei *Μοίραις*, ejusdem Iride, aliis aliorum, quam vel in titulis ita omnia miscere, ut nihil tuti hoc in genere relinquatur. Itaque eodem jure respuimus Natalis, ut monuit Dalec., mutationem: *ἐν ταῖς Κρήσσαις* ipsique soli relinquamus. Locus vero, quem significavi, Athenaei est XV, p. 686. A. *καὶ κατὰ τὸν Φλιάσιον Ἀριστίαν· καὶ γὰρ οὗτος ἐν ταῖς ἐπιγραφομέναις Κηρσὶν ἔφη·*

Σύνδειπνος ἢ 'πίκωπος ἢ μαζαγρέτας,
Ἅιδου τραπεζεύς, ἀκρατέα νηδὺν ἔχων.

Meinekius observavit, hoc imitatum esse Eurip. Cycl. 396. *Ἅιδου μάγειρος.*

ἐπίκωπος. [48]) Hesych. κόπις (potius κοπίς) μερίς, δεῖπνον, μᾶζα, ἄρτος, κρέα, λάχανον ὠμόν· σῦκον· τράγημα· θέρμος (pr. θερμός). vid. κοπίζειν. Latet fortasse in ἐπίκωπος vocabulo rarior significatio, quam tibi subministrabit verissima Porsoni observatio ad Med. p. 34. multa apud Graecos nomina navigiorum et poculorum communia fuisse. Ex eadem metaphora, in qua non multum argutandum esse rectè monet Naek. de Choer. Sam. p. 165. natum est illud, quod compotes remiges s. nautae dicebantur, id quod planissime intelligitur ex Athen. X, p. 443. D. Valck. ad Her. VIII, 12. p. 624. Martin. Var. L. III, 2. Sic λέμβος, quod proprie significavit navigium minutum, apud Athen. VI, p. 242. F. vocatur *parasitus*. Ac nescio an huc pertineat Diog. Laert. V, 94. Valde suspicor, figurae hujus audaciam primum ortum debere Dionyso, qui a Lycurgo adactus est ad mare subeundum, ubi excipiebat Thetis; cfr. oraculum de vino temperando sch. cd. Lps. et Vict. ad Il. ζ. 136. Θέτις δ' ὑπεδέξατο κόλπῳ δειδιότα. — Navigatio ad mensam Erasm. p. 135.

μαζαγρέτας (cf. Pors. ad Eurip. Orest. 26) dupli-

---

[48]) ἐπίκωπος vocabulum difficile profecto est ad expediendum, cujus huic loco aptam apud ullum vel grammaticum vel lexicographum vel interpretem explicationem non contigit ut reperirem. Leniter corruptum esse censeo. Prorsus enim persuasum est propter μαζαγρέτας vocabuli affinitatem, sive sensum sive locum respicis, poetam spectare ad κοπίδα istam Lacedaemoniorum, quam descripsit multis Athen. IV, p. 138. E. F. 139. A. B. sec. Polemonem. p. 140. A. B. De αἴκλῳ v. p. 138. F. 140. C.

cem habet futilitatis notionem: mazam enim edere pauperum est, ἀγρεύειν (ἄγρειν, ἀγείρειν) vero cogi pauperrimorum. Similiter compositum est κωλαγρέτης; v. Ruhnk. ad Tim. p. 171. (falsa scriptura ex Schw. sententia ap. Aristoph. et Grammaticos κωλακρέτης). Hesych. Harpocrat. al. μαζαγρέτης autem hoc loco inepte prorsus interpretatus est Eusthatius p. 532, 18. ἄκολος. Jam τραπεζεύς Hesychio auctore est παράσιτος ἄκλητος. Ἅιδου τραπεζεύς quis sit intelligendus, melius Casaubono, qui interpretatur Orci convivam, hominem-famelicum et vivam mortis imaginem, perspexit Toupius, hominem esse statuens, qui captandae coenae causa ne ad inferos quidem, si opus sit, recuset descendere. Videamus nunc de verbis extremis. Cd. epitomae Parisinus offert, quod Dindorfius dedit, ἀκρατέα neque est, quod hanc scripturam temere rejiciamus. Nam quod producta legitur α syllaba, quamquam rarius id fit in vocabulis compositis, fit tamen, cf. Pors. ad Orest. 64. Erf. ad Soph. O. R. 639. ad Ajac. 1099. P. Elmsl. Rev. of Herm. Suppl. in Class. Journ. XVI. p. 426 sq. Nihilo minus quivis sentiet, ἀκρατέα νηδὺν ἔχων languere aliquantum, postquam antegressus est Ἅιδου τραπεζεύς. Ἀκραταίαν vero, Canteri scripturam in Lectt., mittimus quum et in metrum peccet et de ipsius vocabuli integritate (Pind. Pyth. II, 81.) nuper ab Hermanno ad Soph. Phil. 1097. dubitatum sit, an ex analogia vindicari possit, neque in sententiae graviorem vim quidquam illa efficiat. Cui quum consuleret Toupius, conjecturam proposuit ἀκατιαίαν νηδὺν ἔχων, ventrem habens tanquam alvum navis onerariae vel piraticae. Atque facete quidem dictum

sic intulit hic, quod bene se haberet, nisi metrum et exsuperantia et vitiositate prorsus pessumdatum esset. Itaque, si conjecturae locus, equidem malim scribere,

Ἄιδου τραπεζεὺς, ἀκάτιον νηδὺν ἔχων.

De omissa ὡς comparandi particula, qua in omittenda parciores Graeci sunt Latinis, cf. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. p. 98. Wessel. ad Diod. Sic. p. 1663. De tota imagine idonea sunt ad comparandum Euripidis verba in Cycl. vv. 503—506.

πᾶ, πᾶ, πᾶ; πλέως μὲν οἴνου,
γάνυμαι δὲ δαιτὸς ἥβης,
σκάφος ὁλκὰς ὡς γεμισθεὶς
ποτὶ σέλμα γαστρὸς ἄκρας.

2. Κ ύ κ λ ω ψ. [49])

Praeter Euripidis integram fabulam, quae quid oculis objectum sit in cognominatis satis declarat, fragmenta adsunt Cyclopis a Timotheo Tragico elaborati apud Athenaeum XI, p. 465. C. Verba metro carentia facile patiuntur in trimetra iambica restitutionem: [50])

Ἐν δ' ἔχευε μὲν δέπας
Κίσσινον μελαίνας σταγόνος ἀμβρότας, ἀφρῷ
Βρυάζον· εἴκοσιν δὲ μέτρ' ἀνέχευεν,
Ἔμισγε δ' αἷμα Βακχίου νεοῤῥύτοις
Δακρύοισι Νυμφᾶν.

Eadem verba exstant ap. Eustath. 1631, 61. uti alia ap. eund. fragm. p. 1632, 5 et p. 1422, 5. Nec Comi-

---

[49]) Cfr. Runk. Cratini Ὀδυσσ. p. 38 sqq.
[50]) Cfr. Jacob. Quaest. Soph. p. 32 sqq.

corum defuit imitatio, quorum duo, Antiphanes atque Epicharmus Cyclopem docuerunt.

Suidas v. Ἀριστίου Κύκλωψ· μέμνηται τούτου Χαμαιλέων ἐν τῷ περὶ Σατύρων·

Idem v. Ἀπώλεσας τὸν οἶνον ἐπιχέας ὕδωρ· ἐπὶ τῶν τὰ καλῶς πρότερον γενόμενα ὕστερον μικρου τινος ἕνεκεν κακοῦ ἀνατρεπόντων· ἢ ἐπὶ τῶν ἃ χαρίζοντο, δηλούντων καὶ μὴ ἀκέραια παρεχομένων. Αὕτη δὲ ἡ παροιμία γέγονεν ἐκ τοῦ Ἀριστίου Κύκλωπος, ὥς φησι Χαμαιλέων ἐν τῷ περὶ Σατύρων. Verba Polyphemi ad Ulyssem esse ἐν Κύκλωπος vel Κύκλωπι δράματι dicunt Zenob. Proverb. II, 16. V, 45. et Diogenian. II, 32. Michael item Apostolius IV, 7: Α. τ. ο. ἐ. υ. Αὕτη (παροιμία) γέγονεν ἐκ τοῦ Ἀριστίου Κύκλωπος, ὥς φησι Χαμαιλέων ε. τ. π. Σ. Καὶ Πολύφημος οὕτω φησὶ πρὸς Ὀδυσσέα ἐν Κύκλωπος δράματι λεγομένῳ. Λέγεται ἐπὶ τῶν τοῖς καλοῖς τὰ χείρω ἐπιμιγνύντων. Speciem proverbialis usus praebet Athenaeus VIII. p. 362. A. ubi convivarum quidam, postquam sermones hilares acuto per urbem totam tibiarum, cymbalorum, tympanorum concentu interrupti sunt, Ulpiano quaerenti, quid hoc sibi velit, narrat ὅτι βαλλίζουσιν οἱ κατὰ τὴν πόλιν ἅπαντες τῇ θεῷ, cui βαλλίζειν verbi usum demiratus Ulpianus ridens: καὶ τίς Ἑλλήνων, inquit, τοῦτο βαλλισμὸν ἐκάλεσε; δέον εἰρηκέναι κωμάζουσιν ἢ χορεύουσιν ἤ τι ἄλλο τῶν εἰρημένων· σὺ δὲ ἡμῖν ἐκ τῆς Συβούρας ὄνομα πριάμενος

Ἀπώλεσας τὸν οἶνον ἐπιχέας ὕδωρ.

cf. Erasm. Adag. II, 2. 96. Caeterum falso Grotius in Excerptt. p. 866. ad Philoxeni Cyclopem versum hunc retulit. cf. Herm. ad Arist. de Arte Poet. II, 6.

3. Ὀρφεύς.

Orphei nomen Lucani quoque carm. inscriptum et Cassii Parmensis sed suppositicium. Anth. Lat. I, 135. pariter ut Ciceronis Orpheus sive de adolescente studioso, Fabr. B. L. I, p. 215. — Dubitanter prorsus atque invitus fabulam ascripsi satyricis, nihil magis optans, quam ut plura inveniantur fragmenta, quae alterutri sententiae gravissimum ponderis momentum addant. Etenim solum illud fragmentum, quod servavit Pollux IX, 5. §, 43: *Ξενόφων καί χωρὶς τοῦ δρομοῦ τῷ ξυστῷ κεχρῆσθαι δοκεῖ ἐν τῷ Οἰκονομικῷ* (II, 15) *εἰπών, ἢ εἰ ἐν τῷ ξυστῷ περιπατοίην· εἴρηται δὲ ἐν τῷ Ἀριστίου Ὀρφεῖ*

Ἦν μοι παλαίστρα καὶ δρόμος ξυστὸς πέλας.

Si fabula erat satyrica, Orpheus, ut credibile est, utebatur popularium consuetudine. Sch. Vict. ad Il. ω, 234. *Θρ. ὡς φιλοπόται οἱ Θρᾷκες ποτήρια χαρίζονται.* — Quid continet, quod prorsus derogandum sit tragoediae? Quin etiam id ipsum, quod Welckerus p. 318. argumentum fuisse suspicatur, Orpheus ut a Thressis exagitatur atque dilaceratur propter amorem paedicum, eventum profecto habet satis tragicum. Rem igitur ut decet, in medio relinquamus.

4. Ἀνταῖος.[51])

Pugna Antaei cum Hercule in tabula descripta est apud Philostr. sen. Imag. II, 21. ubi Welck. similia et pictorum et statuariorum opera attulit. — Verisi-

[51]) Antaeum scripsit Antiphanes com.

mile est, Aristiae Antaeum, de qua compertum est primum ex Herodian. περὶ μον. λεξ. p. 10, 18. Dind. fabulam satyricam fuisse. Antaeus praedator, hospites secum luctari cogens, et delassatos interficere consuetus, ab Hercule luctando necatus, Hygin. f. 31. A. Mai. Cl. Auctt. T. III. myth. I, 56. II, 164. Quamquam ipsum introspiciens fragmentum: ἔνθα φησὶν Ἀνταῖος αἰγαίου Ποσειδῶ παῖς, πατὴρ δ' ἐμός possis dubitare, an non Ἀγκαῖος, Neptuni filius restituendus sit, memoratus Pausaniae VII, 4. §. 2. et Hygin. 157. ut vel filius vel filia ita alloquatur Ancaeum patrem. Sed diserte Apollodorus II, 5. 11. §. 6. hunc ipsum Lybiae regem Neptuni filium vocat, quem alii Terrae dixerint propter virium corroborationem, simulac hanc attigerat. Atque hic ipse pro Ancaeo reddendus est Hygino 157. Nam quum antea mentio injecta esset Anthei ex Astyphile, quod recte ex Pausania correctum est: Ancaei ex Astypalaea, quumque paulo post iterum obtrudatur Ancaeus matris nomine non allato, hunc ipsum velim agnoscas Antaeum. Libyae et Neptuni filius vocatur etiam Antaeus a Diotimo Anth. T. I. p. 251. V. ubi Herculis victoriam celebrat; item Neptuni filius a Schol. Plat. Legg. VII, 16, 22. his in fine adiectis: ψαύοντα γὰρ τῆς γῆς ἰσχυρὸν συνέβαινε γίγνεσθαι διὸ καὶ τῆς Γῆς αὐτὸν εἶναί τινες παῖδά φασιν. Neptuni filius cum Amyco comm. Sexto Emp. adv. math. II, 104. p. 308.

Ut igitur nihil vindicat Orphei fabulae argumentum satyricum, sic in contrariam partem non debemus in

ejusdem poetae, si quidem ab eo profecta est, ex eo quod Pollux VII, 31. notavit in ea dictionem quandam magis tragicam, praepropere concludere, revera eam fuisse tragoediam. Pollucis verba haec sunt: Κριτίας (sed codex Falckenb. optimae notae clare habet Ἀριστίας) δὲ ἀρπεδόνην τε λύσιν ἱστοῦ — τραγικώτερον. Si quid video, verba corrigenda sunt sic: ἀρπεδόνην τ' ἔλυσεν ἱστοῦ. Facile autem ex Atalantae, sive Arcadiae sive Argivae mytho peti poterat, quod fabulae satyricae conduceret, praesertim quum comicos [52]) nonnullos in idem argumentum incidisse deprehendamus, velut Euthyclem ap. Suidam in Βοῦς ἕβδομος, et Philetaerum, ut Dicaearch. sensit, Aristophanis filium, Strattidem (fabula cadit post Olymp. 93, 3. Meinek. Quaestt. sc. II, p. 65.) Sic Athenaeus offert Epicharmi Ἀταλάντας XIV, 608. D. quarum tamen loco Etym. M. v. Ὀρίγανον, p. 630. l. 50. citat potius ἐν Ἀταλάντῃ. [53]) Sed quid attinet plura dicere de ea fabula quae ne certo quidem constat num fuerit satyrica, num ad Aristiam pertineat an ad Calliclem. Quid enim? recte stare potest hujus auctoris nomen in vulgata apud Pollucem scriptura, quum Sisyphi ea, quae nunc habemus haud exigua apud Sext. Emp. fragmenta de Valckenarii judicio huic Critiae potius tribuenda sint cum Sexto Empirico, quam Euripidi, [54])

---

[52]) Atalantam com. scr. Alexis, Callias, Epicharmus: Etym. Magn. p. 630, 49. Euthycles, Philyllius, Philetaerus, Strattis.

[53]) Atalantas scr. Phormus Syracusanus.

[54]) Sunt contra qui secuti Clem. Al. Str. VI. Critiam ex

cui vulgo adscribuntur, v. Diatr. in Eur. Fr. p. 14. a. 208. c. 209. a. quumque de Pirithoo ab Athenaeo XI. p. 496. B. (Valck. p. 197. C. sq.) dubitatum sit, utrum Euripidis iterum drama sit, an Critiae tyranni. His igitur rectiori felicioris temporis judicio relictis unum subjungam fragmentum, quod ab Athenaeo II. p. 60. B. proditum desiderat quidem fabulae indicium, unde petitum sit, quam tamen fuisse satyricam qui dicat non ita a vero is abludere videatur.

Μῦκαι. Ἀριστίας.

[55]) *Μύκαισι δ' ὠρέχθει τὸ λάϊνον πέδον.*

Ut intelligatur, quomodo in horum verborum paucitate indeque orta quadam obscuritate huc illuc erraverint caecutientes, primum apponam Dalecampii annotationem p. 715: Proverbii specie dictum hoc videtur et illis convenire, qui id ambiunt et optant, ad quod non sunt apti. Fungi nascuntur in molli et humida terra, non inter saxa. Consimile adagium est: optat ephippia bos piger." Casaubonus vero Animadvers. p. 123. interpretatur verba sic: fungis illisis resonabat lapi-

---

Eurip. quaedam hausisse et in sua scripta transtulisse dicant. Secundum Meiners. (Gesch. d. Wissen. d. Gr. u. R. B. II.) versus petiti sunt e Critiae *πολιτεία ἔμμετρος*. Cum Valck. et Mein. consentit Pors. ad Eur. Med. 284. Bach. ad Crit. fr.

[55]) cf. F. G. Schneidewin in Zeitschr. f. Alt. 1834. N. 53. Incertum est, utrum *μύκαισι* fungis verum sit; quo ad *μυκηθμὸν* alludens, nescio quas ille captaverit facetias (profecto comico id magis conveniret) an vero reposito *μυκαῖσι* mugitum praestet intelligere. Hoc tamen verius videtur. Nisi quis ad infringendam istam sententiam eo argumento abutatur, ut *μύκη* loco vulgaris *μύκημα*, *μυκηθμὸς* apud Apoll. demum Rhodium repertum ab Aristiae dramate satyrico arcendum existimet.

deum solum. Atque ὀρεχθεῖν verbum adhiberi de sono rei in solum projectae, confirmat Eustath. ad Il. ψ, 30: p. 1303, 29. At quis, quaeso, unquam, Schweighaeuserus contra, fungis illisis resonans audivit solum! Rectius igitur, inquit, reddidit Dalecampius. ὀρεχθεῖν enim primitiva notione esse ὀρέγεσθαι extendi de corpore. Sic ὀρέχθεον Iliad. ψ, 30. in brevi scholio exponi ὠρέγοντο, sed translatum ad animum cupere, concupiscere, desiderare et sic Apoll. Rh. I, 275. ubi v. Brunck. — Denique Toupius in Ep. Cr. p. 51. ita commentatur: „ludit Aristias in ambiguo, quod Satyrographis solemne est. Aliud est Μύκης, aliud Μύκη. Respexit [56]) autem Aristias ad Aeschylum in Niobe apud Strabon. XII. p. 870."

Mihi quid probabile videatur, paucis aperiam. Primum extra omnem dubitationem id debet positum esse, Athenaeum hoc etiam versu significare voluisse, fungos ad coenam adhibitos esse. Hinc cadit Dalecampii et Schweighaeuseri explicatio, cui grammatica etiam ratio nonnihil obstare videtur, quum genitivus potius exspectetur aut certe accusativus. (Reperitur quidem μενοινᾶν c. dativo conjunctum apud Theogn. 454.) Neque non inutilis intelligitur ambiguitas esse, quam spectasse poetam voluit Toupius, cum Toupio etiam Welck. in Supplem. Trilog. Aeschyl. p. 87. Apparet igitur, quid non inferri debeat verbis. Jam quum vera

[56]) Non satis est Droysenio Aeschyl. translat. vern. II, p. 299. respexisse Aristiam, sed hic ipsi videtur cum arte dramatis satyrici simul aemulationem quandam Aeschyli a Pratina patre quasi hereditatis jure accepisse quae sese prodat allusione quodammodo rustica!

mihi videatur Casauboni interpretatio, rationem mihi suggerere liceat, id quod ille neglexit, qua veri simile esse videri possit poetam haec dixisse. Voco in partes meas Athenaei verba lit. F. posita: φύονται δὲ οἱ μύκητες γηγενεῖς καὶ εἰσὶν αὐτῶν ἐδώδιμοι ὀλίγοι... οἱ γὰρ πολλοὶ ἀποπνίγουσι. Quid igitur, si satyris statuimus in antro coenantibus fungos appositos esse? Deprehendentes autem, quam ex malo sint genere, iram more hominum agrestium in res exercent atque cum vehementia illos in solum lapideum projiciunt. At audio Schweighaeuserum mihi obstrepentem. Sed talis objectio nihili aestimanda est, quum leviculas res mirifice exaggerare id demum est risum excitare. Sic finxi mihi verborum sententiam, medio e connexu abruptorum, quanquam bene intelligens, sic Athenaeo culpae aliquid contrahi, quod tamen perquam leve esse nemo sane infitiabitur.


III. Astydamantes.

Duo Astydamantes, pater et filius tragoediae poetae nominantur, de quibus audiatur Suidas v. Ἀστυδάμας ὁ πρεσβύτης, υἱὸς Μορσίμου [57]) τοῦ Φιλοκλέους, τραγικῶν ἀμφοτέρων, Ἀθηναῖος τραγικός. ἔγραψε τράγῳδιας σμ΄. ἐνίκησε ιέ. ἀκροασάμενος δὲ ἦν Ἰσοκράτους καὶ ἐτράπη ἐπὶ τραγῳδίαν, Deinceps: Ἀστυδάμας ὁ νέος, υἱὸς τοῦ

---

[57]) Morsimi filium fuisse testatur etiam Schol. Arist. Ran. 151. — υἱὸν δὲ ἔσχεν (Μόρσιμος) Ἀμφιδάμαντα male pro Ἀστυδάμαντα.

προτέρου, τραγικὸς καὶ αὐτός. Δράματα αὐτοῦ Ἡρακλῆς Σατυρικὸς, Ἐπίγονοι, Αἴας μαινόμενος, Βελλεροφόντης, Τυρώ, Ἀλκμήνη, Φοῖνιξ, Παλαμήδης. cf. Eudoc. p. 68. Ad junioris aetatem accuratius cognoscendam valet imprimis marmor Par. No. 72: ἀφ᾽ οὗ Ἀστυδάμας Ἀθήνησιν ἐνίκησεν ἔτη Η Π ΙΙΙ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀριστείου (Febr. vel. Mart. 372, Olymp. 102, 1.) ad quem locum Clint. F. H. p. 121. Krüg. Quum Mar. primam poetarum victoriam memorare soleat et prior Astydamas viginti sex annis ante (398) primum vicerit (immo docere inceperit) hic intelligatur necesse est Astydamas posterior. Immo propterea, quod quum superior quindecies vicisse a Suida tradatur, non credibile videtur, eum per sex et viginti annos ne unam quidem victoriam reportasse. Recte pergit: Astydamas posterior Aeschyli sororis abnepos erat. Inter Aeschyli primas fabulas (499. Ol. 70, 2) et primam posterioris Astydamantis (372) interjecti sunt anni 127, ut quaeque aetas (videlicet Ph. M. A. A) prope 32 annorum fuerit, quod posteriorem Astydamantem a marmore dici confirmat.



Senior Astydamas quo tempore floruerit, indicat Diod. Sic. XIV, c. 43. ad Olymp. XCV, 3. Ἀστυδάμας ὁ τραγῳδιογράφος τότε πρῶτον ἐδίδαξεν· ἔζησε δὲ ἔτη ἑξήκοντα. Aristocratis anno Febr. v. Mart. 398. Ex Diodori loco ingeniose expleta est marmoris Parii lacuna No. 68: ἀφ᾽ οὗ Ἀ[στυδάμας πρῶτον ἐδίδαξεν] Ἀθήνησι ἔτη Η Δ Δ Δ Π. ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀριστοκράτους. cf. Marm. Oxon. Ep. 68. Quan-

topere senior ille ineptus sui ammirator fuerit, et historiola testatur et epigramma adhuc servatum (cf. Phot.[58]) v. Σαυτὴν ἐπαινεῖς, ὥσπερ Ἀστυδάμας ποτέ. Suid. Mich. Apost. 17, 29. Zenob. V, 100.) quod sibi ipse scripsit in statua. Usi sunt proverbio inde orto Athen. I, p. 33. F. ubi Naucratites Aegyptius ipse, postquam multa dixit in laudem Aegyptiorum vinorum, semetipsum his interpellat atque cohibet:

Σαυτὴν ἐπαινεῖς ὥσπερ Ἀστυδάμας, γύναι.

(cf. Erasm. Adag. II, 7, 59.) Eustath. Philemon Comicus. v. Menand. et Ph. Reliq.* ed Meinek. p. 425, et Julian. Epistt. 12 et 59. Ceterum obscurius est, num cum illa historiola cohaereat id, quod narratum legimus apud Diog. Laert. II, 5, 43. οὐ μόνον δὲ ἐπὶ Σωκράτους Ἀθηναῖοι πεπόνθασι τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πλείστων ὅσων. καὶ γὰρ Ὅμηρον (καθά φησιν Ἡρακλείδης) πεντήκοντα δραχμαῖς ὡς μαινόμενον ἐτίμησαν, καὶ Τυρταῖον παρακόπτειν ἔλεγον, καὶ Ἀστυδάμαντα πρῶτον τῶν περὶ Αἰσχύλον, (ὃν) ἐτίμησαν εἰκόνι χαλκῇ. Sic leni profecto via M. Casaub. verborum sententiam restituit. Agit autem Laertius de iis, quos injuria non honore Athenienses affecerunt. Menagius autem has proposuit conjecturas, ut antiquitus scriptum sit vel: ὃν ἐτίμησαν εἰκόνι χαλκῇ, ἐτίμησαν εἴκοσι χαλκοῖς, ut χαλκός sit genus numis-

[58]) correcte legitur apud hunc, depravate apud ceteros; quibuscum vv. commode comparari potest Choerili Samii querimonia in iis vv. quos ex Gr. commentariis primus protraxit P. Victorius, v. Naek. p. 104:

Ἆ μάκαρ, ὅστις ἔην κεῖνον χρόνον ἴδρις ἀοιδῶν,
Μουσάων θεράπων, ὅτ᾽ ἀκήρατος ἦν ἔτι λειμών
κ. τ. λ.

matis, de quo Pollux, vel simpliciter: Αἰσχύλον ἐτίμησαν εἰκόσι χαλκοῖς. At quivis offensus demirabitur poenam 2½ obolorum. Quanquam equidem ne Meric. Casaubonum quidem audio, quum verba: ἐτίμησαν εἰκόνι χαλκῇ glossam potius redolere videantur, ab eo Aeschyli nomini ascriptam, qui doctrinam e lexicographis et paroemiographis haustam ostentare voluit. — Male vulgatam scripturam retinet explicatque E. R. Lange in programm. de Aeschylo poeta. Berol. 1832. ita, ut Diogenes Athenienses reprehenderit, quod Astydamanti superbo homini, hunc statuae honorem decreverint. Primum enim hoc si voluisset Diogenes, Astydamantis nomini in probatissimorum hominum vicinia conspicuo aliquam certe superbiae notam adjicere debebat; deinde Diogenes non agit de honoribus viris immeritis oblatis, sed de injuriis quibus meritos affecerint. Graves profecto sunt Hermanni Opusc. II, 156. dubitationes de loci integritate, sed improbandum, quod eandem interpretationem Diogenis verbis infert, eo discrimine, quod scribit πρότερον τῶν περὶ Αἰσχύλον, nec intelligit eos, qui Aeschylum sectabantur, sed ipsum Aeschylum solum, quo prius honoraverint Astydamantem, arrogantia magis quam arte notum. Addo tertium argumentum: si arrogantia magis quam arte notus erat, mirum Athenienses eum ita coluisse. Immo non prius quidquam innotuisse de ejus arrogantia videtur, quam statuae positae illos versus inscribendos curaverat.

Circumspicientes jam, quasnam hic docuerit fabulas, Suidam statuimus junioris omnes attulisse, quae vel titulis vel fragmentis simul innotuerunt. Reliquas igitur, quarum memoria exstat, *seniori* tribuimus. Hu-

jus igitur sunt Ἀλκμαίων, Ἑρμῆς, Ναύπλιος ab Aristotele (de arte poet. XIV, 13.), Athenaeo et Stobaeo citatae, hujus Ἕκτωρ tragoedia, qua vicisse eum Plutarchus testis est de Gloria Athen. p. 349. F., cujusque in fragmento, quod mendosum habetur ap. schol. Venet. ad Il. ζ, 472, emaculando periculum fecit Porso ad Eurip. Hec. 533. Sed violentius Porso in Plutarchi verbis restituendis versatur. Immo habet scr. vulg. οὐδ' ὅτι Καρκῖνος Ἀερόπῃ (rectius f. Ἀλόπῃ) σινῆν ἢ Ἕκτορι Ἀστυδάμας, dummodo Attico, ut ait, more hoc teneatur, Plutarchum de talibus victoriis nunc abjectius loqui. Hujus Παρθενοπαῖος, qua et vicit et statuam nactus est, in qua ambitiosam istam posuit inscriptionem. Caeterum utrumque Astydamantem scholae Aeschyliae addictum fuisse, jam ex cognationis vinculis concludere licet. cf. Boeckh. de Tr. Gr. p. 32 sq. qui correxit Schol. Aristoph. Av. 282. Post Boeckhium de illa schola egregie disseruit Droysen. Aesch. transl. vern. II, 317—325. verissime monens, comicorum irrisioni, quam multi experti sunt, non nimis tribuendum.

Astydamantis patris fabulam quae inscribitur

Ἑ ρ μ ῆ ς

eam fuisse satyricam, haud cunctanter pronuntio, dum aliis, quae huic opinioni adversentur, meliora edoctus fuero. Athen. XI. p. 496. [59]) E. Ῥέοντα. οὕτως πο-

---

59) verba apud Athen. l. l. p. C: Ἀλέξανδρος ἐν Τίγονι emendanda sunt ita: Ἀλέξανδρος ἐν γ' Ἰωνικῶν. cf. XIV. p. 620. E.

τήρια τινα ἐκαλεῖτο· μνημονεύει δ' αὐτῶν Ἀστυδάμας ἐν Ἑρμῇ λέγων οὕτως·

'Κρατῆρε μὲν πρώτιστον ἀργυρῶ δύο,
Φιάλας δὲ πεντήκοντα, δέκα δὲ κυμβία,
Ῥέοντα δώδεκ', ὧν τὰ μὲν δέκ' ἀργυρᾶ
Ἦν, δύο δὲ χρυσᾶ, γρὺψ, τὸ δ' ἕτερον πήγασος.

v. 3 et 4. mire corrupti leguntur apud Eusthathium p. 1286, 25: ἔτι παρὰ τὸ ῥέειν καί τινα ποτήρια καλούμενα ῥέοντα, οἷον ῥέοντα δέδωκα τόσα ἀργυρᾶ, δύο δὲ χρυσᾶ· γρυψί· (sic etiam libri apud Athen.) τὸ δ' ἕτερον π. Quod Schweighaeuserus autem v. 4. Δύω maluit, omisso ἦν, id ut ab Atticis alienum rejiciendum est. — De argumento nihil habeo, quod dicam, nisi in fabulis, quae de Mercurio, praesertim puero, ferebantur, atque in ipsis dei moribus, omnium astutiarum praesidis, callidi illius, ut cum poeta loquar, quidquid placuit, jocoso condere furto, multa infuisse, quae satyrographi in suam rem convertere poterant, ut transgredi jam liceat ad *junioris* ut Suidas testatur fabulam satyricam, cujus index

Ἡρακλῆς. [60]

De argumento quid putandum sit, vide quae exposuimus ad Omphalen Achaei. Adde O. Muell. Dor. I, p. 456—58. Fragmentum haud exiguum memoriae mandavit Athen. X. p. 411. A. [61]

---

[60]) Comoediam hujus tituli scr. Anaxandrides, Athen. XIV. d. 638. C.

[61]) Cas. prima ed. Ἀλλ' — ἐπειδὴ — ὥσπερ ut verba poetae sint. In ed. 2. et 3. male mutavit sententiam, ex poeta quidem aliquo esse, non esse tamen Astydamantis. — Fiorillo Obs. in

Ἀλλ᾽ ὥσπερ δείπνου γλαφυροῦ ποικίλην εὐωχίαν
Τὸν ποιητὴν δεῖ παρέχειν τοῖς θεαταῖς τὸν σοφὸν,
Ἵν᾽ ἀπίῃ τις τοῦτο φαγὼν καὶ πιὼν ὅπερ λαβὼν
Χαίρει τις καὶ σκευασία μὴ μί᾽ ᾖ τῆς μουσικῆς·

Ἀστυδάμας ὁ τραγικὸς ἐν Ἡρακλεῖ σατυρικῷ, ἑταῖρε, φησὶ, Τιμόκρατες. cf. Grot. in Excerpt. p. 441. Versus sunt Eupolidei, quibus Alexis etiam usus est p. 417. E. F. Quum perquam abrupta sint, quae proximo loco sequuntur φέρε, εἴπωμεν ἐνταῦθα κ. τ. λ. ut recte judicavit Schweigh., atque apodosin potius continere videantur, subveniendum est fortasse ἐπεὶ in antiquam sedem recepto: Ἀλλ᾽ ἐπεὶ ut haec sint deipnosophistae verba, excepta ab illis poetae leniter immutandis:

Ὡσπερεὶ δείπνου γλαφυροῦ — —

v. 3. Hermannus in Elem. Doctr. Metr. p. 580, quanquam magis accedens ad librorum auctoritatem, inconcinne tamen correxit: ἵν᾽ ἀπίῃ τις τοῦτο λαβών, καὶ φαγών τε καὶ πιών, Ὦ χαίρει, καὶ — — —. Quod ad comparationem attinet his vv. expressam, qua carminum aut sermonum suavitates componuntur cum epulis, exempla accipito ex Athenaeo VI, p. 270. B. VII. p. 275. A. Praeterea v. Valcken. ad Theocr. Adoniaz. II. p. 156. Heind. Aristot. Rh. III, 3, de Alcidamantis epithetis. Aristoph. Equitt. 216 [62]). 343. 541. Mei-

---

Ath. p. 29. verba haec e Prologo dramatis satyrici petita suspicatur.

[62]) *Aristoph. l. l.* 221. *Κοαλέμῳ* — persuasum est ex analogia *ἰάλεμος* vocabuli, quod ab *ἰή, ἰά* interjectione ducendum est, Aristophanem et hic et supra v. 198. cogitari velle de suum grunnitu *κοΐ, κοΐ,* ut *Κοάλεμος* heros aut daemon sit suum et quibus cum his negotium esse solet.

nek. ad Menand. p. 286. 179. 180. [Arist. Eq. 343. καρυκοποιεῖν schol.: bene explicat κοσμεῖν ποικιλίᾳ τινὶ ῥημάτων τὸν λόγον.] Torrent. ad Sueton. Aug. c. 70. Ciceronis quaedam exempla. Hinc demum facetiae intelliguntur Stratonici citharistae apud Athen. VIII. p. 349. A. ludens in δειπνίζειν verbi ambiguitate. Sic ἑστίασις apud Lucian. Lexiph. c. 1. — Licet etiam fortasse hic afferre Pseudo-Plutarch. de Puer. Educ. c. 17. ubi Pythagorae interdictum Σιτία εἰς ἀμίδα μὴ ἐμβάλλειν in hanc sententiam explicavit: ἐπισημαίνει γάρ, ὅτι εἰς πονηρὰν ψυχὴν ἀστεῖον λόγον ἐμβάλλειν οὐ προσήκειν· ὁ μὲν γὰρ λόγος τροφὴ διανοίας ἐστί· τοῦτον δὲ ἀκάθαρτον ἡ πονηρία ποιεῖ τῶν ἀνθρώπων. Accommodatiora autem sunt, quae apud Plutarch. praecipiuntur in libro: Quomodo Adol. audire debeat poetas, c. 1: Διὸ δεῖ μὴ μόνον ἐν ταῖς περὶ ἐδωδὴν καὶ πόσιν ἡδοναῖς διαφυλάττειν εὐσχήμονας αὐτούς, ἔτι δὲ μᾶλλον ἐν ταῖς ἀκροάσεσιν καὶ ἀναγνώσεσιν ἐθίζειν, ὥσπερ ὄψῳ, χρωμένους μετρίως τῷ τέρποντι τὸ χρήσιμον ἀπ' αὐτοῦ καὶ τὸ σωτήριον διώκειν. Id Sept. Sap. Com. c. 11. ἐγώ τοι, εἶπεν, ὦ Περίανδρε. Placet denique fragmentum excitare, quod incertum est, utrius sit Astydamantis, sicuti ambigi potest, num ex dramate satyrico, an tragoedia petitum sit, quamquam veri similius est, quod ad sententiam attinet, eam in fabula satyrica locum habuisse. Reperitur apud Athen. II. p. 40. B: Ἀστυδάμας δέ φησι

Θνητοῖσι τὴν ἀκεσφόρον
Λύπης ἔφηνεν οἰνομήτορ' ἄμπελον.

cf. Monk. ad Eurip. Alc. 767. Non cogitandum est cum Valckenario Diatr. p. 178. c. de Euripidis imitatione in re, quam etiam vilissimum ingenium aut in-

venire aut variare poterat, quapropter recte notatus est Boeckhio de Gr. tr. pr. p. 326.

IV. Chaeremon.[63])

Audiamus primum Suidam, ita de hoc commentantem: Χαιρήμων κωμικός· τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι ταῦτα· Τραυματίας, ὡς Ἀθήναιός φησιν. Οὐρεύς· [Rescrib. ex Athen. Οἰνεύς. non curans Eudoc. p. 436.] Ἀλφεσίβοια· Κένταυρος· Διόνυσος· Ὀδυσσεύς· Θυέστης· Μινύαι· καὶ ἕτερος Χαιρήμων γράψας Ἱερογλυφικά (cf. Krug. histor. phil. ant. temp. p. 407.) quae quidem citantur in Topograph. Christian. XII. p. 314. — Quod praeter Suidam etiam Eudocia et anonymus Aristotelis interpres comicum eum perhibent, quum tragicus potius appelletur jure suo apud Athenaeum et Eustathium, id ut permultis aliis tragicis (Meinek. Comm. misc. p. 30.) quorum fragmenta satyrica falso accepta sunt pro comoediarum frustulis, ita in Chaeremone hoc eo faciliorem habet explicationem errandique veniam, quod ejus vel tragoediarum reliquiae colorem prae se ferunt suaviorem, hilariorem, comoediarum petulantiae atque lascivitati accommodatiorem. v. Herm. ad Aristot. Poet. I, §. 12. De Aristotelis verbis in Rhet. III, 12: βαστάζονται δὲ οἱ ἀναγνωστικοί, οἷον Χαιρήμων· ἀκριβὴς γὰρ ὥσπερ λογογράφος, v. Herm. ad Eurip. Hec. p. 128. 130.

---

63) *Chaeremo* apud Porphyr. de abstin. IV, 8. p. 321. Rhoer. et Clem. Alex. VI. p. 257. Pott. — Chaeremon Stoicus commemoratur in Apollon. περὶ συνδέσμων apud Bekk. Anecd. gr. II, p. 515.

Duobus ex locis Athenaeus suspicionem movere debet, ne ipsum quidem universis Chaeremonis fabulis usum esse, II. p. 43. C. XIII. p. 562. E. Ad aetatem ejus aliquatenus recte percipiendam v. Boeckh. Gr. tr. pr. p. 291. — Traducitur Chaeremon ab Ephippo Comico ἐν Ἐφήβοις. Athen. XI. p. 482. B. C. ab Eubulo II, p. 43. C. Vide an ad hunc pertineat epigramma [64]) Anthol. II. p. 330. LXVIII., quo propter levitatem perstringi videtur. Eubulus floruit ex Suid. auctoritate Olymp. 101. quod ita restringit Meinek. Q. sc. III. p. 16. ut longe ultra eam Olymp. vitam extendisse dicat; adjicit enim Suid. μεθόριος τῆς μέσης κωμ. καὶ τῆς παλαιᾶς. Med. com. Olymp. 97—110, 3. Ephipp. item med. com. scr.

1. Ἀλφεσίβοια.

Athen. XIII, 608. D. Ἐπικατάφορος δὲ ὢν ὁ ποιητὴς οὗτος καὶ ἐπὶ τὰ ἄνθη ἐν Ἀλφεσιβοίᾳ φησὶ

Καὶ σώματος μὲν ὄψεις κατειργάζετο
Στίλβοντα λευκῷ χρώματι διαπρεπῆ·
Αἰδὼς δ' ἐπερρύθμιζεν ἠπιώτατον
Ἐρύθημα λαμπρῷ προστιθεῖσα χρώματι·
Κόμαι δὲ κηροχρῶτες ὡς ἀγάλματος
Αὐτοῖσι βοστρύχοισιν ἐκπεπλασμένοι
Ξουθοῖσιν ἀνέμοις ἐνετρύφων φορουμένοι.

v. 1. Jacobs: ὄψανα. Herm. ad Hecub. p. 130: ὄψανα κατηυγάζετο· κατειργάζετο sensum turbat. Posset enim

---

[64]) a Lucillio factum. Exstat praeterea epigramma T. III. p. 188. CLXXXVIII. in Chaeremonem nescio quem, qui Tralles terrae motu dirutas ad genua profusus Caesaris curae mandavit et effecit, ut restituerentur.

vix aliter quam de simulacro fingendo intelligi, quod falsum esse arguunt illa ὡς ἀγάλματος. Minime vero! ὄψανα parum feliciter correctum esse clamat Blomf. in Gloss. ad Aesch. Choeph. 530, sed improbandi causa non allata. Hermannus, quum ὄψανον Aeschylus de simulacro per quietem oblato adhibuerit, nec aliter intelligi vox videatur, hic quoque de somnio agi veri simile esse dicit, quo ducat etiam ἐκπεπλασμ. Quasi quodcunque fictum vel formatum sit, id ad somnium debeat pertinere! Immo sermo est de nocturno virginis illius spectaculo, quae corpus nudaverat. —

v. 2. lenis est ejusdem corr. λευκοχρώματ' εἴδει διαπρεπῆ. Possis etiam suspicare λευκῷ χρώματ' εὖ διαπρεπῆ.

v. 5. Κόμαι — ἐκπεπλασμένοι, φορούμενοι, fortasse propter Dawesii canonem Misc. cr. p. 317. impugnatum ab Hermanno (in Opusc. V. p. 216: ἐκ — μέναι et φορούμεναι) et aliis, sed v. contra Matth. gr. §. 436. 2. Buttm. §. 60. 4. [65]) Aeschyl. Suppl. 989. τοιῶνδε τυγχάνοντας — σέβεσθε. — δρόσοι τιθέντες Agam. 562. πόλεων αὐξανομένων Aristot. Polit. IV, 10. 11. cll. V, 2. 8. extr. Valck. Diatr. p. 175. a. Lobeck. Epimetr. II. in Aglaopham. I, p. 216—218. qui multo seriorum scriptorum attulit exempla, nullum integrae graecitatis. Provocat simul ann. ad Phryn. p. 751 (?) [66]) — Plutarch. II. p. 303. E.

---

[65]) cf. ὄπα χάλκεον Hom. Il. σ, 222. β, 742. Hymn. in Merc. 110. θερμὸς ἀϋτμή. Odyss. 4, 442. Il. 20, 229. Schol. Venet. Il. σ, 514. 515. στύφλος γῆ. Soph. Ant. 250. ὀρφανός, Eur. Hec. 147. στεῤῥός 296. Choerob. ap. Goettl. ad Theodos. p. 247. p. 179, 25. Philemon Lex. Technolog. p. 62. Os. Aristot. Polit. V, 8, 21. διαιρεταὶ τυραννίδες.

[66]) ubi mirum Lobeckii de Strabonis loco judicium. Recte

Prorsus mihi persuasum est, haec et quae proxime antecedunt, locum suum invicem permutasse. Neque sunt, credo, ejusdemmodi membra vel gravius luxata in Athenaei scriptis inaudita, vide modo Casaub. Animadvv. IV, 26. p. 318. de Homericis conviviis ad finem libri IV. nescio unde conjectis. — Quis enim in his descriptis florum agnoscere potest descriptionem? [67]) Immo continuant luxuriosas, quas ante poeta expandit, imagines. Insere igitur hos versus post v. 11. fabulae Oeneus inscriptae. Ad eandem pertinent v. 12—15. Sed abscindas velim v. 16. et 17. quos ipsos puto significari his: Ἐπικατάφορος δὲ ὢν ποιητὴς κ. τ. λ. ut ex Alphesiboea petitos:

Πέρσης δὲ θαλερὸς ἐκτραφεὶς ἀμάρακος
Λειμῶσι μαλακοῖς ἐξέτεινεν αὐχένας. [68])

Conjectura mea egregie eo confirmatur, quod ἐκτρέφεσθαι de liberis proprie dictum nunc translatum legitur ad flores, abs quo non diversum est illud, quod proximis observat Athenaeus eundem poetam flores dixisse ἔαρος τέκνα, λειμῶνος τέκνα, hederam ἐνιαυτοῦ παῖδα. cf. Eustath. p. 1658, 56.

---

convertit latinus interpres, et verba secutus et rationi convenientissime!

[67]) idem jam sensit Herm. ad Eur. Hec. p. 130: illud mirum, quod Athenaeus hunc locum ita attulit, tanquam si in eo de floribus ageretur.

[68]) pro Πέρσης corr. Lobeck. Aglaoph. p. 839. ann. ἔρσαις. Herm. θαλεροῖς — μαλακοὺς. ἐκτεῖναι αὐχένας moribundum se porrigere, ablegans ad Gatak. ad Ant. IV, 3. p. 93. Soph. O. R. 153.

2. Achilles Θερσικτόνος.

Versus unus citatur a Stob. Ecl. I, 7, 7.

Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλίᾳ.

ubi tres codd. V. A. E. Heerenio teste p. 196. in margine notant Ἀχίλλει θησικτόνῳ. Non adeo difficilis est correctio Θερσικτόνος, modo sit fabula ejusmodi indicis ab Chaeremone composita. Quod si est, neque difficile est, ut H. videtur, dictu quid fabula continuerit neque obscurum, tale argumentum ad satyricum drama pertinere. Argumentum ex Cypriis petitum v. Procl. Chrest. p. 44. Mueller. Θερσιτοφόνος dramatis titulum habet Jacobs ad Tzetz. Posth. 199. Recte se habet illud leniter correctum Θερσιτοκτόνος. — Confirmatur autem aliquantum haec inscriptio a Suida Ὡς οὐχ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος proverbium exhibente. Nam post verba ὥσπερ παροιμία addit ὁ στίχος δέ ἐστι Χαιρήμονος ἐκ Θερσίτου. Θερσίτης titulus nullam habet difficultatem, quum fabula dupliciter inscripta circumferri posset. Dubitationem tamen de Chaeremone auctore movet illud, quod idem v. leniter immutatus Τάδ' οὐχ ὑπ. Aristarcho tragico tribuitur ab Athenaeo XIII. p. 612. F. Sed quum idem ab Zenobio ex Menandri Olynthia sumtus perhibeatur, quid planius, quam versus communis atque permultis usurpati auctorem esse incertum. Ita nunc video jam judicasse Meinek. ad Menand. p. 126. — vide Gatak. Miscell. posth. c. 12. Valck. ad Phoen. 1576. Kidd. ad Pors. opp. p. 369. Phot. Lex. v. Ὑπάρχων.

3. Διόνυσος.

Welckerus Suppl. p. 288. fortasse, inquit, drama satyricum est. Nomine solo confisus videtur, quo non licet quicquam in alterutram partem efficere. — Dionysum scripsit Aristomenes Com., Timocles C., Eubulus: Διόνυσος ἢ Σεμέλη. Sub Magnetis nomine ferebatur Διόνυσος πρῶτος et δεύτερος.

Athen. XIII. p. 608. E. X. ἐν Διονύσῳ

Χορῶν ἐραστὴς κισσὸς, ἐνιαυτοῦ δὲ παῖς.

cfr. Eustath. 1658, 56.

Athen. XV. p. 676. F.

Στεφάνους τέμοντες, ἀγγέλους εὐφημίας.

Athen. XV. p. 679. E. F. Καλοῦνται δέ τινες καὶ ἑλικτοὶ στέφανοι, ὥσπερ παρ' Ἀλεξανδρεῦσι μέχρι καὶ νῦν. μνημονεύει δ' αὐτῶν Χαιρήμων ὁ τραγῳδιοποιὸς ἐν Διονύσῳ διὰ τούτων

Κισσῷ τε ναρκίσσῳ τε τριέλικας κύκλῳ
Στεφάνων ἑλικτῶν.

Canter. maluit τριέλικτος, Porson. Dalecampii secutus interpr: ter circumvoluto circulo, cum metri aperto vitio: τριέλικι κ. — Schw. ἑλικτοὶ στ. iidem videri possunt, qui κυλιστοί dicebantur. p. 678. E. F. — Sit sententia imperfecta, obscura non item est. Neque lucramur quidquam Hermanni conjectura ad Orph. Arg. 327. sed pessumdamus potius στεφάνων ἑλικτῶν apertam mentionem. Pertinet huc fortasse fragmentum, quod servavit Aristot. Rhet. II, 23. extr.

Πενθεὺς ἐσομένης συμφορᾶς ἐπώνυμος.

Retulit huc etiam Elmsl. cfr. Eur. Bachh. 367. Elmsl.

ad v. 508. Nonn. V, 555, qui idem Inonem etiam vocat πενθάς, IX, 281.

4. Θυέστης.

Ejusdem tituli tragoedia Agathonis.

Athen. XIII. p. 608. F. καὶ ἐν Θυέστῃ

'Ῥόδ' ὀξυφεγγῆ κρίνεσιν ἀργεννοῖς ὁμοῦ.

Κρίνεσι formam habet etiam Aristoph. Nub. 911. ubi schol. eam vocat atticam, alteram κρίνοις communem. De qua re vide Piers. ad Moer. p. 132. qui quidem versum allatum duplici nomine peccans sic scribit: 'Ῥόδ' ὀξυφεγγῆ κρίνεσ' ἀργεννοῖς ὁμοῦ. — 'Ῥόδ' ὀξυφεγγῆ ut proprium Chaeremonis, non ex vulgari consuetudine dictum commemorat Eustath. p. 1658, 65. [69])

5. Ἰώ.

De argumento v. Welck. app. p. 307. Welckerus l. c. veri simile esse dicit, drama fuisse satyricum, quamquam in tragoediarum numero referatur ab Suida. Idem de argumento eam profert p. 307. suspicionem, ut id non multum abhorruerit ab Sophoclis Inacho. — Exstabat Platonis ejusdem indicis comoedia, cujus fragmentum servatum est ab Athenaeo XIV. p. 657. A.

---

[69]) Solger. in censura Schlegelii lectionum de dramatica arte et litteris, Wien. Jbb. VII. 1819. p. 103. suspicatur illud, quod prorsus novum, ut opinatur, revera autem non novum, sed maxime excultum, ut vere contra Suevern. über hist. Char. d. Dr. introduxerit Eurip., animi h. e. morum ut ita dicam microcosmum et gravissimam vim, ut Euripidi partim certe comparasse aequalium favorem, sic totius tum florentis scholae proprium fuisse, Agathonis, Chaeremonis, aliorum.

Sannyrionis item antiquae comoediae auctoris, Athen. VI. p. 261. F.

Athen. XIII, 608. D. ἐν δὲ τῇ Ἰοῖ ἔαρος τέκνα προσηγόρευε τὰ ἄνθη

Ἀνθηροῦ τέκνα
Ἔαρος πέριξ στρώσαντες.

Vere Eustath. l. c. κοινῶς μὲν τὰ ἄνθη ἔαρος τέκνα ἐκάλεσεν. Aeschyl. Pers. 618. flores vocat παμφόρου γαίας τέκνα. cfr. Victor. VV. LL. c. 21, 32. Casaub. Animadvv. p. 884. comparat minus apte, quod Theophr. Hist. Plant. VIII, 1. plantas novellas dixerit νήπια.

6. Κένταυρος.

Ejusdem tituli comoedia Aristophanis et Timoclis. Propriam sibi de eo conjecturam finxit Welckerus Suppl. p. 71. — Graviter de hac πολυμέτρῳ fabula judicavit Aristot. de A. P. I, §. 12: ὁμοίως δὲ κἂν εἴ τις ἅπαντα τὰ μέτρα μιγνύων, προΐοιτο τὴν μίμησιν, καθάπερ Χαιρήμων ἐποίησε Κένταυρον, μικτὴν ῥαψῳδίαν ἐξ ἁπάντων τῶν μέτρων, οὐκ ἤδη καὶ ποιητὴν προσαγορευτέον, ubi vide Herm. et c. 24. extr. τὸ δὲ ἰαμβικὸν καὶ τετράμετρον κινητικά. τὸ μὲν, ὀρχηστικόν· τὸ δὲ, πρακτικόν. ἔτι δὲ ἀτοπώτερον, εἰ μιγνύοι τις αὐτά, ὥσπερ Χαιρήμων. — Ἱλαροτραγῳδίας generis fundamenta hac fabula posuisse Chaeremonem statuit secum Osann. Anall. litt. p. 72. id quod equidem de tota ejus poesi acceptum esse malim. cf. Hemsterh. ad Lucian. Prometh. c. 5.

Athen. XIII. p. 608. E. ἐν τῷ Κενταύρῳ, ὅπερ δρᾶμα πολύμετρόν ἐστι, λειμῶνος τέκνα (προσηγόρευε τὰ ἄνθη)

Ἔνθεν μὲν αὐτῶν εἰς ἀπείρονα στρατὸν

Ἀνθέων ἀλόγχων ἐστράτευσαν, ἡδοναῖς
Θηρωμένων — — τὰ λειμώνων τέκνα.

Lobeck. Aglaoph. p. 839. scribit *ἄλογχον*, ut confirmetur bona ejus observatio: Solent poetae, quum nomen aliquod audacius transferunt, adjectivum addere proprium ejus rei, ad quam illud transfertur, alienum ab ea, unde transfertur. Hesych. *Ἄλογχον δόρυ· ἀσίδηρον.* Deinde affert iterum paulo post, ubi ex litterarum serie scribi potius debebat *ἄλοχον*. Etym. Magn. 70, 35: *Ἄλογχον δόρυ, τὸ σιδήριον Θρακικῶς.* — Hermannus ad Aristot. de A. P. I, 12. lacunam *πάμμικτα* verbo explet non inconcinne. Idem v. 2. *ἀλόγχων* correxit pro eo, quod omnes libros occupat *ἀλόχων*, praeclare propter imaginem ab exercitu sumtam, qui destituatur hastis. Videamus de sententia. Illud primum aperte fateor, me non intelligere, quod Herm. verba sic distinxit interpungendo: *ἡδ. θηρωμένων, πάμμικτα λ. τ.* Caret enim venandi verbum ea re, quam venando student, quiqui sunt, assequi. Itaque patet arcte conjungenda esse *θηρωμένων τὰ λειμώνων τέκνα.* At, obstrepere mihi videor, quam luxata verborum constructio, quam plane inepta: *αὐτῶν — ἐστράτευσαν — θηρωμένων!* Cedo, pronuntians corruptum videri *ἐστράτευσαν* verbum. Quaeris interim, qui sint fortes illi venatores, bellatores, si conjecturae locus, ii ipsi pueri, qui altero fragmento apud Athen. p. 676. E. commemorantur coronas serentes. Jam scribas mecum *ἐκστράτευσις*, planam habebis et structuram et sententiam, quam quidem praestat imperfectam inferre, verbo finito deficiente, quam illam prorsus obscuram admittere. Sed possit quis corruptionis sedem potius in al-

tero verbo θηρωμένων quaerere; neque equidem re gor, quamquam praevidens, opus jam esse eadem spicio etiam ad αὐτῶν verbum transferatur, quod mihi non persuadeo ad florum mentionem pertinere. Neque deest mihi conjectura aliquantum audacior, quam in illius gratiam prolaturus sum:

Ἔνθεν μεγαυχέων εἰς ἀπείρονα στρατὸν
Ἀνθέων ἀλόγχων ἐστράτευσαν, ἡδοναῖς
Θηρᾷν μενοινῶοντα λειμώνων τέκνα. (intell. παιδία). [70])

Integrum est fragmentum quod exstat libr. XV. p. 676. E. neque ita magno spatio remotum esse potuit ab allato: οἱ γὰρ παῖδες κατὰ τὸν Χαιρήμονος Κένταυρον

Στεφάνους ἑτοιμάζουσιν, οὓς εὐφημίας
Κήρυκας εὐχαὶ προὐβάλοντο δαιμόνων.

7. Μινύαι.

cfr. Welcker. Tril. p. 311.

Athen. XIII. p. 608. F.:

Πολλὴν ὀπώραν Κύπριδος εἰσορᾷν παρῆν,
Ἄκραισι περκάζουσαν οἰνάνθαις χρόνου.

8. Ὀδυσσεύς.

Athen. XIII. p. 608. E. περὶ δὲ ῥόδων ἐν Ὀδυσσεῖ φησιν οὕτως

---

[70]) Apti sunt ad comparandum vv. quos ex Plutarcho (qui bis eos habet) exc. Grot. Exc. p. 463:

Εἰς τὸν λειμῶνα καθίσας
Ἔδρεπεν ἕτερον ἐφ' ἕτερον
Ἱέμενος ἄγρευμ' ἀνθέων, ἀδομένᾳ
Ψύχᾳ, τὸ νήπιον ἄπληστον ἔχων.

Κόμαισιν ὡρῶν σώματ' εὐανθῆ ῥόδα
Εἶχον, τιθήνημ' ἔαρος ἐκπρεπέστατον.

Quod Eustath. dictum esse affirmat singulariter. — ὡρῶν σ. similiter ποταμοῦ σῶμα, II, p. 43. C.

9. *Οἰνεύς.*

Fabulam satyricam Euripidis eodem modo inscriptam citat Athen. XV. p. 666. C. — Athen. XIII. p. 608. A. — D. Retulimus huc vv. quos in vulgatis exemplaribus legimus ex Alphesiboea petitos; v. supra.

10. *Τραυματίας.*

vid. Welck. Tril. p. 463. Ejusdem tituli comoedia Antiphanis, item Alexidis cit. Stob. Floril. 119, 15. — *Τραυματίας Ὀδυσσεὺς* pro una eademque fabula habent Tyrwhitt. et cum eo Hermannus ad Aristot. A. P. c. XIV, 13. ubi Telegonus *ἐν τραυματίᾳ Ὀδυσσεῖ* exemplum affertur atrocis rei in ipsa tragoedia inscie peractae, quam sequebatur agnitio.

***Athen.* XIII. p. 562. F.**

Τίς οὐχὶ φήσει τοὺς ἐρῶντας ζῆν μόνους;
Ἔδει γε πρῶτον μὲν στρατευτικωτάτους
Εἶναι, πονεῖν τε δυναμένους τοῖς σώμασι
Μάλιστα, προσεδρεύειν τ' ἀρίστους τῷ πόθῳ
Ποιητικούς, ἰταμούς, προθύμους, εὐπόρους,
Ἐν τοῖς ἀπόροις βλέποντας, ἀθλιωτάτους.

ad *στρατευτικωτ.* cfr. Athen. XIII. p. 604. D. Sophocl. ibid. p. 604. D. — *δεινὸς ἔρωτος κυδοιμός* Hermesian. Leont. v. 83. Horat. C. III, 26, 2. IV, 1, 2. Tib. II, 3, 63. Prop. IV, 1, 137. Ovid. Amor. I, 9, 1. II, 6. 6.

***ἀπόροις* aut scriptum est in dramate satyrico aut**

in tragoedia pessimi metri. — Male Schw. ad h. l. „licet cogitare, ut Suidae dissensus solvatur, etiam comoedias nonnullas ab eo fuisse editas. Certe Tr. comoediae titulus Antiphanis." — At Tragicus nunquam scripsit comoedias!

Incerti loci haec sunt:

Floril. Stob. Tit. 3, 17.

Οὐχ ὡς νομίζεις τὸ φρονεῖν εἶπας κακῶς
Τό τοι κράτιστον πανταχοῦ τιμητέον
Ὁ γὰρ φρονῶν εὖ, πάντα συλλαβὼν ἔχει.

τὸ φρονεῖν, vide *Pors. ad Eurip. Orest.* 64. cfr. Eubul. ap. Athen. X. p. 449. F. *ἄτρωτος*. Idem XI. p. 471. D. *καταβρύουσαν* ubi Pors. *κάρα βρ.* — Alexis *ἄχρηστος*, Ath. I, 40. F. *διαπραξάμενος* id. Stob. Flor. LXVIII, 2. Aristoph. Ach. 540: *ἀλλὰ τί χρῆν*. Reisig. Conj. in Arist. I, p. 101. Soph. A. 1345. Alcaeus apud Macrob. Sat. V, 20. Eur. fragm. ap. Hermog. p. 226 sq. ex Cadmo, ut Valck. vult: *περιπλάκηθι*. Id. Polyidi fr. I. *κυματότροφον*. fragm. inc. 131. Matth. *ἀπόκρισις*. inc. 119. *ἐπιτρέπουσιν*. cfr. Seidlerum ad Eur. Elect. 1053. Erfurdt. ad Soph. O. R. 639. ad Aj. 1099. Elmsleys Review of Hermanns Supplic. in Classic. Journ. N. XVI. p. 426 sq. Aesch. Prom. 841. *πᾶσι βροτοῖς*, ubi Pors. quod suavius etiam sonat, *πᾶσιν βροτοῖς*. Eur. Polyid. fr. IX. *παρὰ κρατῆρα*.

4, 14:

Οὐ ζῶσιν οἵ τι μὴ συνιέντες σοφόν.

4, 15:

Πρὶν γὰρ φρονεῖν εὖ καταφρ. ἐπίστασαι
Οὐ χρὴ ποδώκη τὸν τρόπον λίαν φορεῖν
Σφαλεὶς γὰρ οὐδεὶς εὖ βεβουλεῦσθαι δοκεῖ.

εὖ (cf. supra.) omisit Schow. V cdd. astipulantibus, addidit Gaisf. — Gaisf. A. hoc ordine exhibet vv. *Τοῦ αὐτοῦ. Σφ — δοκεῖ.* deinde *τοῦ αὐτοῦ. Πρὶν — ἐπ.* v. secundus non legitur. v. 2 et 3. Hermanno de Aeschyl. Myrmidon. p. 22. videntur Aeschyli esse ex Phrygibus.

12, 15:

Ψευδῆ δὲ τοῖς ἐσθλοῖσιν οὐ πρέπει λέγειν.

20, 15:

Ἡγοῦ δ' ἐν ὀργῇ πάντα γίνεσθαι κακά.

Grot.: Probo vulgatam hanc lectionem (*ὡς οἶδ'*) quamquam Ms. N. favet alteri *ἡγοῦ δ'*. Gesneri marg. *ἡγ. δ.* A. B. m. s. et unus ms. Schow. Reliqui *ἧς οὐδ'*, et sic Trincav.

20, 16:

Ὀργὴ δὲ πολλοὺς δρᾶν ἀναγκάζει κακά.

22, 10.

Ὅλως τὸ κρεῖσσον οὐκ ἐᾷ φρονεῖν μέγα.

Grot.: ita Graeci deum vocant. Idem anott. mss: est autem sensus ex illo Herodoti Polym.: *οὐ γὰρ ἐᾷ φρονέειν ἄλλον μέγα ἢ ἑωυτόν.*

46, 8:

Σοφῶν γὰρ ἀνδρῶν τὰς ἁμαρτίας καλῶς
Κρίνειν, τὸ δ' εἰκῇ καὶ μετὰ σπουδῆς κακόν.

Grot.: ita Ms. A. quod praetuli vulgato *κοὐ μετὰ σπουδῆς*, quamquam et huic suus constare sensus poterat. Cum A. concordat Voss. Sic etiam Trinc.

68, 22:

Γυναῖκα θάπτειν κρεῖττόν ἐστιν ἢ γαμεῖν.

quod petitum esse potest ex fabula satyrica. Philemonis suspicatur esse hunc versum Meinek. Comm. Misc. I, p. 30. Praef. ad Men. p. XI.

79, 25:

Γένοιτό μοι τὰς χάριτας ἀποδοῦναι πατρί.

79, 31:

Βεβαιστέραν ἔχε τὴν φιλίαν πρὸς τοὺς γονεῖς.

Trinc. τὴν φ. ἔχε. Illo modo collocat etiam Pors. Advv. p. 284. 314. Philemonis suspicatur Meinek. l. l.

83, 14:

Πρὸς υἱὸν ὀργὴν οὐκ ἔχει χρηστὸς πατήρ.

91, 11.

Πλοῦτος δὲ πρὸς μὲν τὰς ὅλας τιμὰς ἰὼν
Οὐκ ἔσχεν ὄγκον ὥστε καὶ δόξης τυχεῖν.
Ἀλλ' ἔστι σεμνὸς, ἐν δὲ δόσει βροτῶν
Ἡδὸς συνοικεῖν καί τιν' εἰληχὼς χάριν.

Addo τῇ vel lego μεταδόσει Gesn. μεταδ. edidit. Grotius.

108, 4:

Οὐδεὶς ἐπὶ σμικροῖσι λυπεῖται σοφός.

116, 25:

Γέρων γὰρ ὀργῇ πᾶς ὑπηρετεῖν κακός.

Idem in Ecll.

I, 5, 12: *Χρεία δ' ἀνάγκης οὐκ ἀπῳκίσαι πολύ.* Ceteri qui sequuntur versus sunt ἀδέσποτοι.

I, 7, 15:

Ἅπαντα νικᾷ καὶ μεταστρέφει τύχη
Οὐδεὶς δὲ νικᾷ, μὴ θελούσης τῆς τύχης.

I, 7, 16:

Πάντων τύραννος ὡς τύχη 'στι τῶν θεῶν Scribe: Τύχη.
Τὰ δ' ἀλλ' ὀνόματα ταῦτα πρόσκειται μάταν, — : ην.
Μόνη διοικεῖν οὖν ἅπαντα βούλεται.

I, 9, 4 et 32:

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν ἐν ἀνθρώποις ὅτι
Οὐκ ἐν χρόνῳ ζητοῦσιν ἐξευρίσκεται.

I, 9, 29: (incerti p., sed Chaeremoni tribuunt Cant. et Grot.

Χρόνῳ τὰ πάντα γίγνεται καὶ κρίνεται

I, 9, 30:

Σχολῇ βαδίζων ὁ χρόνος ἀφικνοῖτο ἄν

I, 9, 33:

Χρόνος μαλάσσει πάντα κατεργάζεται.

Athen. II. p. 35. D. Χαιρήμων δὲ ὁ τραγῳδὸς παρασκευάζειν φησὶ τὸν οἶνον τοῖς χρωμένοις γέλωτα, σοφίαν, εὐμάθειαν, εὐβουλίαν. cfr. Grot. in Excerpt. p. 849.

Athen. II. p. 43. C: τὸ ὕδωρ ποταμοῦ σῶμά [71]) φησί που Εὔβουλος ὁ κωμῳδιοποιὸς εἰρηκέναι Χαιρήμονα τὸν τραγικόν·

Ἐπεὶ δὲ σηκῶν περιβολὰς ἠμείψαμεν
Ὕδωρ τε, ποταμοῦ σῶμα, διεπεράσαμεν. [72])

Affert Eustath. p. 1545, 50: ἐνταῦθα χρήσιμον καὶ τὸ Ἐπεὶ κ. τ. λ. (sine ulla varietate) ὃ δὲ Χαιρήμονος λέγεται εἶναι τοῦ τραγικοῦ. — Rectius Dindorfio judicavit Meinekius Quaest. sc. III. p. 17. Dissentio autem ab Dindorfio, cujus ratio verborum ordinandorum Eubuli irrisionem in Chaeremonem factam removit, quem quid impedit quo minus accipiamus tragicum poetam jus-

---

[71]) idem poeta rosas salutavit ῥόδων σώματα, XIII. p. 608. E.

[72]) Ad ποταμοῦ σῶμα cf. Vater. ad Aristot. Rhet. I, 1. §. 3. — Callistr. stat. c. 14. p. 162, 10. Jac. καὶ ζεφύρου τι κατέχει τὸ σῶμα (τῆς θαλάττης) λιγυρῷ πνεύματι τὴν θάλατταν κατευνάζοντος.

sisse sua proferre ridicula? Quae vero proxime sequuntur: καὶ Ἡμῶν δὲ πᾶσα δύναμις ὑδάτων ἄρδεται Athenaei continent sententiam eamque expressam verbis nescio cujus, fortasse physici, poetae. Quid sit ridiculum in Chaeremonis verbis, id ex una parte tantum attigerunt Casaubonus et Schweighaeuserus „non insolens illud debuisse videri Eubulo, quod Chaeremon aquam fluvii corpus dixerit, nam et Aristotelem et alios haud absimili ratione σῶμα vocabulo esse usos, et Strab. XVII. 786. B. eodem fere modo τὸ σῶμα τοῦ Νείλου dixisse, sed sicut Aeschylum Aristoph. Ran. 1154. poenas dederit, quod δὶς ταυτὸν εἶπε, sic Chaeremonem Eubulo; satis enim fuisse vel ὕδωρ vel σῶμα ποταμοῦ. hanc igitur metri στοιβὴν irrisisse comicum." — Immo non solum supervacuum est additamentum sed etiam ineptum. Etenim etiam omisso ὕδωρ vocabulo, σῶμα ποταμοῦ nescio quas sonat orationis ampullas, grande quid de re levissima infert, quod quasi doctum et ex intimis physicis petitum videri debeat! Rem igitur exornat, quae non eget exornatione idque ita, ut vix teneamus risum. Liceat hic mihi quaedam de iis monere, quae proximo loco comparent. Confitentur enim gravissimi interpretes Casaubonus et Schweighaeuserus, ille se nescire, quo pertineant, quum nihil cum praecedentibus habeant commune, hic praecise nihil omnino haec ad illa pertinere. Ac Samuel quidem Petitus Miscell. V, 1, p. 80. referenda ea putat ad p. 40 extr. adjecta Pindari testimonio de aquae utilitate, ut his quasi duobus testibus Athenaeus ostenderet, de aquis disputationem sibi non fuisse praetermittendam. Sed haec nimia profecto esset transposi-

tio! Equidem putaverim potius, ex verbis statim subsecutis: ἐν Τήνῳ κρήνη ἐστὶν ἧς τῷ ὕδατι οἶνος οὐ μίγνυται, satis apparere Athenaeum hoc in capite locutum quoque esse de aquae cum vino permixtione. Quid igitur! si nimis parcus erat Epitomator in his excerpendis? Lateat orationis ad hanc rem decursus, quonam modo sit institutus. At verba illa vexata non omni nexu carent, uno tantum vocabulo transmutato:

[73]) Οἴνων δὲ πᾶσα δύναμις ὑδάτων ἄρδεται,

cujus sententiae vim si tua interest mente comprehendere, adeas Aristotel. Probl. III, 34. ubi jucundissimas solvit quaestiones περὶ οἰνοποσίας καὶ μέθης sibi propositas.

Athen. XIII. p. 562. *E.* ubi cfr. *Aristotel. Probl. III. c.* 34. §. 16. *de vino:*

Τῶν χρωμένων γὰρ τοῖς τρόποις κεράννυται.

ita etiam poetae verba scripta sunt apud Grotium p. 849.

Iophon.

Male comicus acceptus est a Grotio in Excerptt. p. 876.

Suid. Ἰοφῶν, Ἀθηναῖος, τραγικὸς, υἱὸς Σοφοκλέους τοῦ τραγῳδιοποιοῦ γνήσιος ἀπὸ Νικοστράτης· γέγονε γὰρ αὐτῷ καὶ νόθος υἱὸς Ἀρίστων ἀπὸ Θεοδωρίδος Σικυωνίας· Δράματα δὲ Ἰοφῶν ἐδίδαξε ν', ὧν ἐστιν Ἀχιλλεὺς, Τήλεφος, Ἀκταίων, Ἰλίου Πέρσις, Δεξαμενὸς, Βάκχαι, Πενθεὺς καὶ ἄλλα. — Veri simillimum est, quod Valck. Diatr. p. 16. B. et Heerenius ad Stob. Ecl. phys. II, 1, 9. Βάκ-

---

[73]) Magis nunc placet Πηλῶν quod ut rarum, facile obscurari poterat. — Hinc etiam explicanda Athen. IX. p. 383. C: μὴ δεῖν τὸν Οἰνέα Πηλέα ποιεῖν, cfr. Demetr. Ph. de eloc. §. 171. Eustath. ad Il. p. 772.

χαι fabulam non diversam habentes a Πενθεύς in extremis corrigunt: Βάκχαι ἢ Πενθεύς. idque probavit etiam Boeckh. de Gr. tr. pr. p. 115.

Eudocia. p. 248.

Schol. ad Aristoph. Ran. 73. Ἰοφῶν υἱὸς ἦν Σοφοκλέους ἐκ Νικοστράτης, ὃς δόκησιν παρεῖχεν ὅτι τοῖς τοῦ πατρὸς ἐχρῆτο ποιήμασιν, ὡς οἰκείοις. εἰσήγαγε δέ ποτε Σοφοκλῆς ἐν δράματι τὸν Ἰοφῶντα φθονοῦντα καὶ πρὸς τοὺς φράτορας ἐγκαλοῦντα τῷ πατρὶ ὡς ὑπὸ γήρως παραφρονοῦντι· οἱ δὲ τῷ Ἰοφῶντι ἐπετίμησαν. — Hanc Iophontis cum patre habitam litem hic et in vita Sophoclis inepte esse relatam rectissime judicaverunt Boeckh. de Gr. tr. pr. p. 136. Meier. Att. Proc. p. 296. — Hermannum autem pro ἐν δράματι scribendum esse conjicientem ἐν δικαστηρίῳ (Praef. Oed. Col. p. XI.) jure explosit idem ille Boeckh. in Indice lectt. Berol. hibern. 1825—26. p. 5 sq. causa simul p. 7. probabiliter explorata, ex qua inepta ista narratio originem capere potuerit. — Narrat deinde scholiasta cum vitae scriptore Sophoclem cum ipsius filio Iophonte certasse. Ad v. 78. ubi jocose Aristophanes declarat, nihil valere Iophontem sine patre, haec habet idem: κωμῳδεῖται Ἰοφῶν, ὁ υἱὸς Σοφοκλέους ὡς τοῦ πατρὸς λέγων· οὐ μόνον δὲ ἐπὶ τῷ ταῖς τοῦ πατρὸς τραγῳδίαις ἐπιγράφεσθαι κωμῳδεῖτο, ἀλλ' ἐπὶ τῷ καὶ ψυχρὸς καὶ μακρὸς εἶναι. cfr. Observatt. misc. Belg. vol. IV. tom. II. p. 251. sq. et secundum argum. Eurip. Hipp. Cum Euripide et Ione dimicavit Olymp. 87, 4. et secundarum partium victor proclamatus est, et schol. Ran.: ἠγωνίσατο γὰρ καὶ ἐνίκησε λαμπρῶς ἔτι ζῶντος τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. De ceteris ejus rebus nihil tenemus. — Iophon

Gnosius vatum oracula heroicis versibus exposuerat, cfr. Pausan. Attic. I, 34. §. 3.

Animi gratia appono fragm. e Bacchis petitum apud Stob. Ecl. ph. II, 1, 9; ubi cdd. V. A. E. elogium habent: ἐκ Ἰοφῶντος Βακχῶν

Ἐπίσταμαι δὲ καὶ τάδ' οὖσά περ γυνή,
Ὡς μᾶλλον, ὅστις εἰδέναι τὰ τῶν θεῶν
Ζητεῖ, τοσούτῳ μᾶλλον ἧσσον εἴσεται.

Jam id ipsum sequatur fragmentum, quod ex fabula satyrica petitum esse volunt, exstans apud Clem. Alex. I, p. 329. Pott. Ἰοφῶν τε ὁμοίως (sc. Cratino cujus versum ex Ἀρχιλόχοις attulerat hunc: Οἷον σοφιστῶν σμῆνος ἀνεδιφήσατε.) ὁ κωμικὸς ἐν Αὐλῳδοῖς σατύροις [74]) ἐπὶ ῥαψῳδῶν καὶ ἄλλων τινῶν λέγει

καὶ γὰρ εἰςελήλυθεν
πολλῶν σοφιστῶν ὄχλος ἐξηρτημένος.

Sed nolo quidquam celare de eo, quod Clementem tragico poetae nomen comici per errorem indidisse volunt. Miror etiam, nemini eorum qui ita statuunt, in mentem venisse, pro Αὐλῳδοῖς σατύροις restituendum fortasse esse Ἀλωάδαις σατύροις, ut Iophon suo nomine ediderit patris fabulam, aut post mortem ejus iterum recensitam exhibuerit. v. Boeckh. Confirmat hanc conjecturam Eustath. notat. p. 1023. Οἱ παλαιοὶ σοφοὺς ἐκάλουν ἅπαντας τοὺς τεχνίτας, καὶ Σ. δὲ, φασὶ τὸν κιθαρῳδὸν σοφιστὴν λέγει. Item Schol. Venet. ad Il. ο, 410.

[74]) Fabula similitudinem quandam habuisse videtur cum Platonis Σοφισταῖς, quo in titulo Sophistarum nomine latiore sensu usum esse poetam optime Meinek. Quaestt. sc. II, p. 24. colligit e schol. Aristoph. Nub. 330. quo intelligitur, traductum hic fuisse Bacchylidem tibicinem Opuntium.

ubi Vict. cd. adjicit *καὶ τὸν κιθαρῳδὸν σοφιστὴν Σοφοκλῆς καὶ τὸν ῥαψῳδὸν Εὔπολις (ἐκάλουν).* — Ac tantum quidem abest, ut cum Hermanno in Opusc. I. p. 49. sentiam, aperte illa prae se ferre satyricam indolem, id quod nec Welckerus Suppl. Aesch. Tril. p. 296. ann. 255. sensit, ut mihi persuasum fere habeam, versus hos a comico quodam profectos esse. Etenim Iophontis quidem tempore sophistarum et aliorum id genus hominum alienam fuisse censeo irrisionem a dramate satyrico. Vide igitur an non *Ἰοφῶν* nomen potius corruptum habeatur [75]) atque pro eo restituendum sit *Ὠφελίων*, quem mediae comoediae scriptorem fuisse constat, cujus *Σατύρους* quidem in dramatum recensu affert Suidas i. v., quanquam non nescius sum, hunc et qui sequuntur dramatum titulos *Μούσας, Μονοτρόπους* ita suspectos videri *Meinekio* Quaestt. scen. III. p. 48. ut per errorem Ophelioni assignatas esse comoedias censeat, quae Phrynichum potius auctorem habeant.

Lycophron Chalcidicus.

Chronologicas de Lycophronis aetate, quam hucusque vulgo putaverunt, dubitationes, Doederlinii continet scriptum in Mus. Rhen. 1832. III. 4. p. 465. ubi Angli Ch. J. Foxii exponitur verissima sententia, Cassandram, quam vulgo hujus tragici putant, multo seriore tempore scriptam esse debere propter significa-

---

[75]) Eodem modo judicat Reines. VV. LL. I, c. 23. p. 99. quanquam is corrigi vult *Νικοφῶν* atque *ἐν Αὐλῳδοῖς ἢ Σατύροις*, ut binomine drama fuerit, cui neutiquam assentior opinioni.

tiones quasdam historicas, quocum inscius Niebuhrius in eandem conjecturam inciderat; quanquam Royston in Classic. Journ. vol. 13. 1816. p. 2—6. eam non suo marte invenisse, sed accepisse ab Foxio videtur.

Lycophron filius erat Soclis, adoptatus tamen a Lyco, de quo *Suidas: Λύκος, ὁ καὶ Βουθήρας, Ῥηγῖνος, ἱστορικὸς, πατὴρ Λυκόφρονος τοῦ τραγικοῦ ἐπὶ τῶν διαδόχων, γεγονὼς καὶ ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ Δημητρίου Φαληρέως· οὗτος ἔγραψεν ἱστορίαν Λιβύης καὶ περὶ Σικελίας*. Hic ipse Lycus citatur, ut conjicio ab schol. ad Hesiod. Theog. 326: *ἐν τῷ περὶ Θηβαίων*. — *περὶ Θηβῶν* apud schol. ad Lyc. 1206. Heyne. tamen ad Apoll. III, 4. pronuntiat, vix pro eodem eum habendum esse cum patre Lycophronis apud Suidam. — Citatur etiam a schol. Theocrit. VII, 78. ubi vide Toup. Usurpatus est a Plinio in H. N. ut testatur index auctorum libri XII. XIII. XXXI. Neque non hunc agnosco apud Athen. II. p. 47. A. de Cyrniis, Sardes circum habitantibus, *πολυχρονίοις* exponentem, ubi male Schweigh: *Λύκων*. — Septies Lycus citatur ab Antigono Carystio in *ἱστοριῶν παραδόξων συναγωγῇ*, c. 66. 148. 170. 175. 185. 188. — Rheg. 154. semel a Mich. Apost. 11, 76. *Λαρινοὶ βόες*.

Idem Suidas de Lycophrone ipso exponit ita: *Λ., Χαλκιδεὺς ἀπὸ Εὐβοίας, υἱὸς Σωκλέους, θέσει δὲ Λύκου τοῦ Ῥηγίνου, γραμματικὸς καὶ ποιητὴς τραγῳδιῶν· ἔστι γοῦν εἷς τῶν ἕπτα, οἵτινες Πλειὰς ὠνομάσθησαν· εἰσὶ δὲ καὶ τραγῳδίαι αὐτοῦ* (numero dicuntur fuisse ab ejus commentatore Tzetza LXIV aut XLIV. [76]) *Αἰόλος*,

[76]) ξς pro μς rectius videtur legere cd. Baroccianus Fabr.

Ἀνδρομέδα, Ἀλήτης, Αἰολίδης, Ἐλεφήνωρ, Ἡρακλῆς, Ἱκέται, Ἱππόλυτος, Κασσανδρὶς, Λάϊος, Μαραθώνιοι, Ναύπλιος, Οἰδίπους ά. β'. Ὀρφανὸς, Πενθεὺς, Πελοπίδαι, [77] Σύμμαχοι, Τηλέγονος, Χρύσιππος· διασκευῇ δέ ἐστιν ἐκ τούτων Ναύπλιος· ἔγραψε καὶ τὴν καλουμένην Ἀλεξάνδραν, τὸ σκοτεινὸν ποίημα. —

Meritissimus Lycophron est de comicis, si quidem vera est grammatici inediti notatio, publicata a Meinekio Quaest. scen. III, p. 3., ut Alexandrum Aetolum tragoedias, ita Lycophronem comoedias impulsu regis Ptolemaei [78]) Philadelphi cognomento, in unum collegisse et redegisse in ordinem. Unde quid ejus opus περὶ κωμῳδίας **spectaverit, cujus lib. IX. ab Athenaeo citatur XI. p. 485, D. facile concluditur. Multas, credo,** λέξεις κωμικάς **in hoc scripto explanaverat, quarum explanationum nonnullas adhuc reservatas habemus apud grammaticos, lexicographos, alios. v. verbi causa Photii lex. i. v.** Σακίζειν. **Idem i. v.** Σεσελλίσαι **item quae transscripsit Michael Apost. Proverb. XVII, 34:** Σεσελλίσαι κατ'. Αἰσχίνην. **Hesych. i. v.** Σελλίσαι, Σεσελλί-

---

III. p. 759. — Harl.: in cd. Matr. ap. Iriarte. p. 24. legitur ἀλλαχοῦ γὰρ αὐτὸς ὁ Λυκόφρων τραγικός ἐστι ξδ' ἢ μς Τραγῳδῶν δράματα γεγραφώς.

[77]) *Pelopidarum* fragm. exstat apud Stob. Floril. 119, 13. elegantissimum:

Ἀλλ' ἡνίκ' ἂν μὲν ᾖ πρόσω τὸ κατθανεῖν
Ἅιδης ποθεῖται τοῖς δεδυστυχηκόσιν·
Ὅτ' ἂν δ' ἐφέρπῃ κῦμα λοίσθιον βίου
Τὸ ζῆν ποθοῦμεν· οὐ γάρ ἐστ' αὐτοῦ κόρος.

[78]) Commendabatur Ptolem. Philad. anagrammatis in ipsius et Arsinoae nomen factis. Ipsum salutavit quasi ἀπὸ μέλιτος, Arsinoam ἴον Ἥρας. Tzetz. in Prolegg. de gen. Lycophr.

σϑαι. Etym. M. v. Σαπέρδης. Suidas, (item Hesych.) et Phot. i. v. Τευτάζειν, (ex Photio corrigendus Mich. Apost. XVIII, 40. pro στρατεύεσϑαι, scribendum στραγεύεσϑαι. Frustra Pantinus provocat corruptam Hesychii glossam Τευτασμόν· στρατηγίαν, ubi necessario cum Sopingio emendandum est: στραγγίαν.) unde adversariis ejus Diodoro grammatico, cujus liber πρὸς Λυκόφρονα affertur ab Athenaeo XI. p. 478. B., et Eratostheni, prudentissimo viro, cujus vituperationes indicavit Meinekius l. c., tertium jam intelligitur accensendum esse Heracleonem, si quidem erat καταμεμψάμενος Λυκόφρονα, undeque simul ex verbis: Λυκόφρων οὕτως καὶ Δίδυμος προσϑεὶς ὅτι κ. τ. λ., quibuscum collocari debent, quae habet Athen. XI. p. 501. E. καὶ Δίδυμος τὰ αὐτὰ εἰπὼν παρατίϑεται Λυκόφρονος οὕτως ἔχοντα apparet Didymum, ex quo tam multa fluxerunt in Hesychium, Lycophronis notationes pleniores reddidisse ita, ut suis appositis aut integras illas repeteret, aut certe gravissima quaeque excerperet. Praeterea conferatur Hesych. i. v. Πύππαξ. Schol. Plat. p. 369. Bekk. Athen. IV. p. 140. A. — Satis honoratum fuisse hunc Lycophronem ex eo intelligitur, quod Pleiadi annumeratus est, quae VII diversorum generum VII excellentes poetas complectebatur; sed ne tragicae annumeres simul, cavit Nieb. in Museo Rh. I. p. 108. — Plures Lycophrones cognovisse videtur Aristoteles. Rhetorem quendam vel sophistam significare videtur de Sophist. Elench. c. XV. I. p. 239. s. 16. Casaub. Fabr. bib. gr. III, p. 760. Diversum ab hoc fuisse opinor, quem idem laudat Phys. I. c. 2. I. p. 254 extr. 255 Cas. De eodem sine dubio philoso-

pho: Metaph. VIII, 6. med. p. 711. Cas. — Frigida dicendi genera apud Lycophronem carpit idem Rhet. III. c. 3. init. τὰ δὲ ψυχρὰ ἐν τέταρσι γίγνεται κατὰ τὴν λέξιν ἔν τε τοῖς διπλοῖς ὀνόμασιν· οἷον Λυκόφρων τὸν πολυπρόσωπον οὐρανὸν τῆς μεγαλοκορύφου γῆς· καὶ ἀκτὴν δὲ, στενοπόρον. paulo inferius μία δὲ (αἰτία), τὸ χρῆσθαι γλώτταις· οἷον Λυκόφρων Ζέρξην πέλωρ(ι)ον ἄνδρα. ubi recte commentator gr. cujus ὑπόμνημα editum est Paris. 1539: ἄλλος καὶ οὐχ ὁ ποιητής. Id quod ex ipsius Aristotelis verbis patet mox subjectis: πάντα γὰρ ταῦτα ποιητικὰ διὰ τὴν δίπλασιν φαίνεται, neque cogitabit omnino quisquam de Lycophronis poetae apud Aristotelem reprehensione, qui utriusque aetatem computaverit. Commemoratur etiam Lycophron quidam in Pseudo Plat. Epp. T. III. p. 314. D. HSt. — Vere Naek. Sch. cr. p. 29: Poetae Alexandrini injusta me judice judicia experti sunt et experiuntur etiamnum. Cave ne unius vitia omnibus communia fuisse judices: Lycophronis Cassandra neque ejusdem poetae aliae fabulae neque ceterorum Pleiadis poetarum judicandae sunt. [79])

Menedemi, fabulae satyricae, fragmenta exstant apud Athenaeum et Diogenem Laert. haud contemnenda, qua quum id spectaverit, ut Menedemus philosophus popularis ejus atque scholae Eretriacae auctor

---

79) Interpretes: *Dection:* Etym. M. Ἤπιος (Valck. Diatr. p. 291. A. B.) *Duris, Theon,* (Steph. Byz. Αἴνεια Κύτινα) *Orus.* Etym. *Ἐλλενία.* respici videtur Ἄμαντες, Ἄτλας, Βάκεια. Mirum neminem horum nomine tenus citari a Tzetza, licet antiquiores scholiastas 1017. 1446. memoret. — Eustath. ad Hom. plus semel. — Pind. sch. Λυκόφρονος παράφρασις.

irrisioni exponeretur, vides quantopere hic desciscens a consilio, quod antiquitus propositum erat dramati satyrico fines comoediae atque dramatis satyrici juxta habuerit. Athenaeus igitur libro X. p. 420. B. postquam ex Antigoni Carystii de Menedemi vita scripto, hujus philosophi coenam descripsit, quam proprietatem habuerit, quam vilitatem atque tenuitatem, pergit ita: *μαρτυρεῖ δὲ καὶ περὶ τούτων Λυκόφρων ὁ Χαλκιδεύς, γράψας σατύρους Μενέδημον, ἐν οἷς φησιν ὁ Σειληνὸς πρὸς τοὺς σατύρους*

Παῖδες κρατίστου πατρὸς ἐξωλέστατοι,
Ἐγὼ μὲν ὑμῖν, ὡς ὁρᾶτε, στρηνιῶ.
Δεῖπνον γὰρ οὔτ' ἐν Καρίᾳ, μὰ τοὺς θεούς,
Οὔτ' ἐν Ῥόδῳ τοιοῦτον οὔτ' ἐν Λυδίᾳ
Κατέχω δεδειπνηκώς. Ἄπολλον, ὡς καλόν·

καὶ προελθὼν

Ἀλλὰ κυλίκιον
Ὑδαρὲς ὁ παῖς περιῆγε τοῦ πεντωβόλου
Ἀτρέμα παρεξεστηκός· ὅ τ' ἀλιτήριος
Καὶ δημόκοινος ἐπεχόρευε δαψιλὴς
Θέρμος, πενήτων καὶ τρικλίνου συμπότης.

ἑξῆς δέ φησιν ὅτι ζητήσεις ἦσαν παρὰ πότον·

Τράγημα γὰρ
Ὁ σωφρονιστὴς πᾶσιν ἐν μέσῳ λόγος.

Quae pleniora comparent apud Diog. L. II. s. 140:

Ὡς ἐκ βραχείας δαιτὸς ἡ βαιὰ κύλιξ
Αὐτοῖς κυκλεῖται πρὸς μέτρον, τράγημα δὲ — —

Addit deinde Athenaeus: *ἱστορεῖται δὲ καί, ὅτι πολλάκις συνόντας αὐτοὺς ἐπὶ πλεῖον ὁ ὄρνις κατελάμβανε τὴν ἕω καλῶν, τοῖσι δὲ οὐδέπω κόρος.* e quibus lenissima via haec trimetra eliciuntur:

. . . . Καὶ πολλάκις συνόντας αὐτοὺς ἐς πλέον
. . . . Κατελάμβανεν καλῶν ὁ ὄρνις τὴν ἕω,
Κόρος δὲ τοῖσιν οὐδέπω.

Mirum in modum de fabulae consilio Athenaeo l. c. et II. p. 55. C. ubi disertis verbis testatur: Λυκόφρων ὁ Χαλκιδεὺς ἐν σατυρικῷ δράματι, ὃ ἐπὶ καταμωκήσει ἔγραψεν εἰς Μενέδημον τὸν φιλόσοφον, — — — διασκώπτων τῶν φιλοσόφων τὰ δεῖπνά φησι contradicere videtur Diog. L. II. s. 140: ἃ πάντα φησὶν ὁ Λυκόφρων (ad coenae institutionem pertinentia) ἐν τοῖς πεποιημένοις σατύροις αὐτῷ, οὓς Μενέδημον ἐπέγραψεν. ἐγκώμιον τοῦ φιλοσόφου ποιήσας τὸ δρᾶμα. Laudem scilicet composuit ejusmodi, ut omnes spectatores ironiae acerbitatem facile agnoscerent. At noli putare, tam caecum fuisse Diogenem, ut quod in propatulo erat, non videret. Mediis, quae dicunt, vocabulis annumerandum est ἐγκώμιον, quae quidem sententia confirmatur etiam ejus originatione. In eo autem quod idem scriptor s. 133. de Menedemo refert: ἠσπάζετο δὲ καὶ Ἄρατον καὶ Λυκόφρονα τὸν τῆς τραγῳδίας ποιητὴν καὶ τὸν Ῥόδιον Ἀνταγόραν nemo jam haerebit vel dubitabit, quin verum habendum sit, qui secum reputaverit Menedemum ut integrum philosophum tam patienter ferre potuisse irrisorem suum ut neque fabulae, qua ipse traductus esset, ita irasceretur neque propterea jam abjiceret earum tragoediarum studium, quas antea prae ceteris dilexerat. — Jam quod ad ipsum fragmentum attinet, patet [80]) Silenum modo redeuntem a coena quadam, quam ipsius Menedemi fuisse, omnes intelligebant

---

80) falsam esse Casauboni opinionem de Poes. Sat. p. 151.

spectatores, hujus opiparum apparatum ita laudibus efferre, ut ipsa appositarum singularum rerum enumeratio haud oblique tangat coenae miserrimam conditionem, cui miramur fere vel minimum temporis momentum Silenum, vinolentum Bacchi comitem, obnoxium esse potuisse.

Nunc de singulis videamus.

v. 1. omnes libri scripti ita exhibent:

παῖδες κρατίστου παιδὸς ἐξωλέστατοι

quod et editos omnes usque ad Casaubonum occupavit, qui Canteri in Nov. Lectt. VI, 17. propositam correctionem recepit πατρός. Atque nimia profecto esset aut Sileni festivitas, si semet ipsum propter ludibundum ingenium vocaret puerum, aut poetae insulsitas, si voluisset obscuriorem quandam doctrinam auditoribus obtrudere, illud videlicet significando, quod Memnon prodidit apud Phot. in Bibl. et Nonnus Dionys. XVI. extr., Satyros Bacchi filios esse, quem et juvenem semper et a se nutritum jure suo Silenus senex παῖδα vocare poterat. Immo semet ipsum Silenus vocat patrem optimum, Satyros filios spurcissimos. Id quod Schweighaeuseri gratia moneo, quem mirari licet annotantem: „fortissimum satyrorum patrem Bacchum dixisse videtur" quum Silenus πάππος, παπποσείληνος, ut intelligitur quidem ex multis Eurip. Cycl. locis (cfr. v. 82. 84. 268. 271.) certo et immutabili satyrographorum usu ut Satyrorum pater in scenam introductus esse videatur.

v. 2. στρηνιῶ verbum est mediae comoediae proprium teste Phrynicho p. 381. ubi vide Lobeckii exem-

pla. Macedonicum et Alexandrinum maxime judicat esse F. Sturz. de dial. Mac. p. 195.

v. 5. rarior est κατέχειν verbi significatio, meminisse, tenere, repetere, quam illustravit Schweigh. ad I. p. 5. E.

v. 7. 8. Notatu dignum est dicendi genus, quo παρεξεστηκός adjectivum proprie non pertinet ad κυλίκιον, sed ad vinum, quod poculo continetur. — Carere igitur possumus Toupii conjectura in Emendd. in Suid. III. p. 497. qui praeter quod lenius immutat v. 6. ἀλλὰ καὶ κυλίχνιον, v. 8. scribit παρεξεστηκότος, ἀλιτήριος, ceteroquin bene versatus in potestate vocabuli declaranda. Vinum aquosum igitur atque fugiens apposuit hic philosophus; aquosum quam pessime habitum fuerit, quam diluto multo magis fuerit despectum, ex historiola de Lysandro intelligitur apud Athen. X. p. 431. D., qui quum aegre ferret, quod caupones militibus vinum futile ejusmodi venderent, facete jussit, ut dilutum venderent, quasi illud non dilutum quidem sed natura sua satis particeps aquae, nimis turbaret mentes, quo jusso et caupones coacti sunt merum sibi comparare et militum sapori bene consultum est.

v. 8. et 9. Quid sibi velit ἀλιτήριος et δημόκοινος [81]) θερμός tribus verbis absolvi potest. Illud enim non aliud quid intelligendum est quam δαίμων ἀλάστωρ. Hoc vero non plebeium significat, plebei proprium, ut Schneiderus cum superioribus interpretibus, sed tortorem, carnificem, ut recte Schweighaeuserus. His Silenus compellat tristem lupinum, ut taedium, quod

[81]) vide Nunnes. et Lobeck. ad Phryn. p. 476.

excitet vescentibus, facete describat, neque minus fere in his cernitur elegantiarum, quam in illis Aristophanis Nub. 37. ubi Strepsiades aeris alieni subintelligens molestiam: *δάκνει με*, inquit, *δήμαρχός τις ἐκ τῶν στρωμάτων.* — Quocirca quisque jam persentiscit, quid loci venustati Toupii conjectura detrahatur *δημολοιχός*, quod valere vult *κνισσολοιχός*.

v. 9. *ἐπεχόρευε.* Simili ratione dictum est in Il. XIII, 589:

Θρώσκουσι κύαμοι μελανόχροες ἢ ἐρέβινθοι.

et in Siphili comici vv. apud Athen. IV. p. 157. A.:

ἐπὶ ταύτῃ φέρων

Εἶς τὸ μέσον ἐπεχόρευσε σαπέρδης μέγας.

v. 10. *πενήτων καὶ τρικλίνου συμπότης.* Satis liquet *τρίκλινον* pauperum intelligendum esse ex eo, quod vix ad divitum mensas lupinus admittebatur. Caeterum de hoc vocabulo sua sibi habeat Antiatticista Bekk. I. p. 114, 12. Jam de lupino quatenus esculentus fuerit, praeter Athenaeum II. p. 55. C. ubi iterum citantur vv. 9. et 10. vide Plin. H. N. XVIII, 36. Maceratum calida aqua homini quoque in cibo est. Columell. X, 116. Theophr. H. Pl. VIII, 7. Dioscorid. II, 132.

v. 12. Placet pro *τράγημα γὰρ* cum Diog. Laert. *τράγημα* potius *δὲ* scribere.

v. 13. *ὁ σωφρονιστὴς λόγος*, cfr. Hor. I, 4, 16: fabulaeque Manes. I, 9, 21. IV, 9, 37. 39. 41. I, 15, 19. Zumpt. gr. l. p. 102. cfr. Sall. B. J. init.: animus dux atque imperator vitae — rector humani generis. Ibid. c. 64: inerat contemtor animus. Mox: ita cupidine atque ira pessimis consultoribus. c. 44: exercitus prae-

dator. Virg. Aen. IX, 205. charta anus Catull. LXVIII, 46. Martial. XII, 4, 4. fama anus id. I, 40, 2. testa anus I, 106, 4. terra, ficus anus Plin. H. N. 17, 5. in 15, 9. regina Pecunia Epist. I, 6, 37. Sic senex, γέρων Valcken. ad Eurip. Phoen. 103. Plura vid. apud Goeller. ad Thucyd. II, 36. παρθένος πηγή Aesch. Pers. 613. ψυχή Eurip. Hipp. 1005. Aristot. Polit. I, c. 5, §. 7. Schneid.: λόγος ἀρχιτέκτων. — Schillerus in fabula quae inscribitur Fiesco: Eine Verbrecherin ist meine Liebe, aber eine Heldin zugleich.

Pratinas Phliasius.

Suid. T. III. p. 169. *Πρατίνας Πυῤῥωνίδου ἢ Ἐγκωμίου, Φλιάσιος, ποιητὴς τραγῳδίας· ἀντηγωνίζετο δὲ Αἰσχύλῳ τε καὶ Χοιρίλῳ ἐπὶ τῆς ἑβδομηκοστῆς ὀλυμπιάδος καὶ πρῶτος ἔγραψε σατύρους· ἐπιδεικνυμένου δὲ τούτου συνέβη τὰ ἴκρία, ἐφ' ὧν ἑστήκεισαν οἱ θεαταὶ, πεσεῖν· καὶ ἐκ τούτου θέατρον ᾠκοδομήθη Ἀθηναίοις καὶ δράματα μὲν ἐπεδείξατο ν', ὧν σατυρικὰ λβ'. ἐνίκησε δὲ ἅπαξ.*

Cfr. Liban. Soph. in Argum. Olynth. I. Photius i. v. *Ἴκρια*. Hesych. i. v. Aristoph. Thesm. 390.

Quid de tabularum ruina censendum sit nolim definire, memorare satis habens, Aeschylo etiam docente ruinam ferri accidisse, quam ejus discessus causam fuisse affirmant nonnulli apud Suid. i. v. *Αἰσχύλος*. Quod quidem, quum Stanleius ita interpretaretur, ut qui in certamine tragico reprobatus esset, is tabulis excidisse diceretur; Stanl. Scaligerum secutus jure rejectus est ab Blomfieldo praef. Pers. p. XV, recte observans, nihil inveniri apud scriptores gr. quod huic

interpretationi faveat. Welck. Tril. p. 518. — Ad aetatem quod attinet, Eusebius floruisse eum tradit circa Olymp. LXX, ut quum eodem tempore a Suida referatur eum Aeschylo certasse, jure nobis liceat tempus paulo remotius statuere, quo florere inceperit. Pausaniae de eo laudis plenum testimonium supra jam in Aristiae rebus exponendis attulimus. Neque nobis moram injicient Acron ad Horat. A. P. 230. et Athen. I. p. 22. A., item supra tractati. Restat honorifica ejus mentio, quae fit apud Plutarch. de Music. Vol. X. p. 685. Reisk. II. p. 1142. Xyl. *Τῶν γὰρ κατὰ τὴν αὐτοῦ ἡλικίαν, φησὶ (Ἀριστόξενος), Τελεσίᾳ τῷ Θηβαίῳ συμβῆναι νέῳ μὲν ὄντι τραφῆναι ἐν τῇ καλλίστῃ μουσικῇ καὶ μαθεῖν ἄλλα τε τῶν εὐδοκιμούντων καὶ δὴ καὶ τὰ Πινδάρου, τά τε Διονυσίου τοῦ Θηβαίου, καὶ τὰ Λάμπρου καὶ τὰ Πρατίνου καὶ τῶν λοιπῶν, ὅσοι τῶν λυρικῶν ἄνδρες ἐγένοντο ποιηταὶ κρουμάτων ἀγαθοί.* et p. 659. R. [82]) *ἄλλοι δὲ Ζενόδαμον ὑποχρημάτων ποιητὴν γεγονέναι φασὶ οὐ παιάνων, ὥσπερ Πρατίνας.* Jam de O. Muelleri sententia Dor. II. p. 369. dictum est in introductione. Ut semel tantum victoriam reportaret, accidisse ei credibile est ut peregrino. v. Pinzg. p. 26., quae quidem conditio etiam Achaeo damno erat. [83]) Ex numero autem fa-

[82]) Noli id male interpretari cum Toupio. Refertur enim Pratinae aliorumque de Xenodamo sententia. v. infra.

[83]) Quod semel tantum vicit hic saepe celebratus a scriptoribus, externis causis tribuendum esse censet Droys. transl. Aesch. II. 294. Dramata satyrica 26. pertinuisse fortasse ad festos dies rurales nec in certamen esse commissa, reliquas autem 18. tragoedias si sex commissionibus tribueris, unam tantum victoriam satis honestam fuisse. — Quae quidem ratio infringitur paulum eo quod cum Aeschylo Olymp. 70. certasse di-

bularum satyricarum, qui si recte habet, non accommodatus est ad trilogias hoc tempore institutas accipiendas, concludere licet, eas separatim editas esse in spectaculum. Atque dubitat quidem de numeri veritate Casaubonus de Poes. Sat. p. 126 atque Boeckhius, qui in libro de gr. tr. pr. p. 125. λβ' mutari voluit in ιβ'. Sed jure mihi contra sentire videntur plurimi, Bentleius Opusc. p. 284. his: post tempora Thespidis tam tarde emersit sera tragoedia, ut teste Suida i. v. Πρ. e quinquaginta fabulis Pratinae, qui proxima a Thespidis aetate viveret, duae et triginta satyricae fuisse dicerentur, Jacobus Quaest. Soph. p. 154. Pinzg. p. 25. et Welck. Tril. p. 497. et Suppl. p. 280. Sed quid de numero fabularum satyricarum Pratinae vel verbum facimus, in quo spectamus scilicet tragoediarum numerum opinione minorem, quum Blomfieldus, episcopus doctissimus, in Praef. ad Aeschyl. Pers. p. VI. valde dubitet, num Pratinas ullas tragoedias proprie sic dictas docuerit, quicquid dicat Suidas, qui solus, ut opinatur, Pratinae tragoedias memoraverit. At vero miror eundem non de Aeschyli etiam tragoediis nonnullis proprie sic dictis dubitasse, iis certe, quibus cum Pratina certamen iniit, id quod, si sibi constare vellet, nec recusandum erat ipsi neque ullius, credo, assensum fuerit nactum.

---

citur. Credibile est enim vel post hoc tempus eum bis terve quaterve cum Aeschylo certasse. Hic vero ut ipse Droysen. prorsus sibi persuasum habet semper trilogiis vel tetralogiis potius certavit. Tetralogiae igitur Pratinas etiam opposuerit tetralogiam. Praeterea miror quomodo ad alteram opinionem confirmandam, verba quae sequuntur (q. cfr.) afferre potuerit.

Atque falsa omnino opinione iste nititur, quasi quo tempore drama satyricum inventum sit, aut ne species quidem tragoediae constiterit, aut is qui invenerit, totus fuerit in dramatis novo genere. De quo et supra sententiam diximus et uno nunc verbo monemus, quum per totum florentis tragoediae tempus drama satyricum proprium fuisse videamus poetarum tragicorum, veri simillimum esse originem etiam deberi tragico poeta, non αὐτοσχεδιαστῇ, quippe omnium testimonia in eo consentiant, ex fabulis tragicis, quaequae fuerit earum indoles atque praestantia, profectum esse drama satyricum, vid. Herm. ad Aristot. A. P. p. 109. init.

Jam fabularum ejus et tragicarum et satyricarum ne titulus quidem superest, praeter quod apud Athenaeum IX. p. 392. F. *Πρατίνας ἐν Δυμαίναις ἢ Καρυάτισι* excitatur his additis: *ἀδύφωνον ἰδίως καλεῖ τὸν ὄρτυγα, πλὴν εἰ μή τι παρὰ τοῖς Φλιασίοις ἢ τοῖς Λάκωσι φωνήεντες, ὡς καὶ οἱ πέρδικες,* quam quidem fabulam satyricam agnovit Mueller. l. c. p. 379. ann. 2. cfr. Prolegg. p. 427. et Pinzg. de dram. Sat. orig. p. 26. nihil veriti Welckeri notationem, omnes ejusmodi titulos sua sponte removere argumenti satyrici opinionem, cfr. Meinek. Euph. p. 94. Patet simul ex Athenaei verbis, hunc poetam aut Phliasiis hanc scripsisse fabulam, ut secum statuit Mueller. aut quod nobis placet, multa etiam retinuisse, quae peregrinum convincerent, quaeque magis arriderent popularibus, ut ipsum, quod elegerat argumentum, si quidem satis probabile est, tum temporis Athenienses neque peregrina nec peregrinos tanto, quanto posteriore tempore animadverti-

mus, odio habuisse. Jam longius illud fragmentum apud Athen. XIV. p. 617. C—F., quo cognoscimus Pratinam in fortium verborum audacter componendorum arte nihil fere optimo cuicunque cessisse, ad hyporchematicum genus pertinet, de quo qui accuratiora proponi sibi velit, adeat praeter ipsum Athenaeum p. 628. D. E. I. p. 15. D. E. (ibique Schweigh.) Lucian. de Saltat. c. 16. Ilgen. de Scoliorum poesi, p. 34. not. 31. Schneider. ad fragm. Pindar. p. 26—28. — Ex scripto de musica, ut videtur prosa oratione composito, Plut. de Music. Mor. II. p. 1133. T. X. p. 657. R. *ἄλλοι δὲ Κράτητος* (non Olympi) *εἶναί φασι τὸν πολυκέφαλον νόμον γενομένου μαθητοῦ Ὀλύμπου· ὁ δὲ Πρατίνας Ὀλύμπου φησὶν εἶναι τοῦ νεωτέρου τὸν νόμον τοῦτον.* Item p. 1134. — 659. R. *ἦσαν δὲ οἱ περὶ Θαλήταν τε καὶ Ξενόδαμον* etc. Huc tertio loco pertinet ibid. p. 1145. 46. p. 698. 99. R. *ὅτι δὲ καὶ ταῖς εὐνομωτάταις τῶν πόλεων — καθάπερ φησὶ Πρατίνας.*

Neque breviora illa apud Athen. p. 624. F. ex fabula quadam desumta esse, nemo sane est, qui dubitet, quum prooemia potius habenda sint hymni, carminis, quod utebatur harmonia aeolica. Quo pertinet etiam fragmentum p. 622. C. D. allatum, quod quidem Pratinae esse, quum nomen poetae siluerit Athenaeus, Porsonus suspicatus est similitudine adductus, quae huic cum illo est satis magna. Etenim *ἀλλ' ἀκήρατον,* inquit poeta, *κατάρχομεν τὸν ὕμνον.* Favisse eum, quippe Doricis institutis a puero imbutum, Lacedaemoniorum rebus, versiculus declarat ab Athenaeo p. 633. A. excitatus

Λάκων ὁ τέττιξ, εὔτυκος εἰς χορόν.

unde vero sumtus sit, nescire me satius est profiteri, quam vana conjicere.

Postremum ponam fragmentum, quod item incertum quidem est unde depromtum sit, sed si quis coloris vestigium sectetur, haud vana opinione referre poterit ad fabulam satyricam.

Athen. XI. p. 461. E. καὶ κατακλιθέντων, Ἀλλὰ μὴν, ὁ Πλούταρχος ἔφη, κατὰ τὸν Φλιάσιον ποιητὴν Πρατίναν, οὐ γᾶν αὐλακισμέναν ἀρῶν, ἀλλὰ σκύφον ματεύων, κυλικηγορήσων ἔρχομαι, οὐ τῶν Κυλικράνων εἷς ὑπάρχων — κ. τ. λ. quae Porso in Advv. p. 123. in hos versus redegit:

οὐ γὰρ
Γᾶν αὐλακισμέναν ἀρῶν, ἀλλὰ σκύφον ματεύσων,
Κυλικηγορήσων ἔρχομ' οὐ τῶν Κυλικράνων ὑπάρχων.

cfr. Macrob. Saturn. V, 21. extr. — in quo conatu periculum est, ne convivae verba ipsius atque poetae inter se commiscuerit. κυλικηγορεῖν verbum explicatur p. 480. B. Poll. VI, 29. Eustath. ad Od. p. 339, 25. κυλικηγορήσων· ἀγορεύσων περὶ κυλίκων. — Procedere nunc jubeamus

Pythonem.

„Catanensis erat aut si credis Jo. Tzetzae Chil. 6. n. 38. Byzantinus, [64]) nisi hi eodem quidem tem-

[64]) Plutarch. Demosth. c. 9. Wesseling. ad Diod. XVI, 85. p. 147. Demosth. de Halones. 81, 24. Epist. II. p. 1469, 18. Aristid. t. II. p. 237. 272. orator. 273. Byzant. H. St. (Valck. Diatr. p. 148.) Olear. ad Phil. p. 280. 316. 482. 514. Suid. Πύθων, Βυζάντιος, ῥήτωρ, ὃς φυγὼν ἐν Μακεδονίᾳ διέτριβε καὶ πολλοὺς προδότους ἐποίησε γενέσθαι καὶ συνεργοὺς πρὸς πάντα καὶ πρὸς τὰς

pore viventes prorsus diversi erant, ut Athenaeus quoque patefacere videtur II. p. 50. F. XIII. p. 595. E. Poetam et oratorem hunc Byzantium corpore admodum obeso fuisse Leo popularis ejus memoriae mandavit simulque jucundam lectu narrationem apposuit, quam opportune quamque festive hic et sua ipsius naturae dote et vere etiam feminae usus olim sit ad cives inter se discordantes placide sedandos. Athen. XII. p. 550. F. Et oratorem quidem cognoscimus eum ex Suida i. v. *Πύθων* [85]) et Demosthene, poetam ex Athenaeo, si quidem hic ipse ille est, qui *Ἀγῆνα* drama satyricum composuit, quod actum est in castris Alexandri prope Hydaspim fluvium, quum Liberalia a militibus celebrarentur. Quamquam scriptoris nomen in dubio versatur. Quid enim? ipsum regem Alexandrum erant, qui traderent, illud lusisse. cfr. Mungit. Bibl. Sic. tom. II. p. 194. Caeterum locus scenae satis notabilis visus est Vossio in Antisymb. I. p. 94. videlicet ut suae opinioni faventes nos subduceret, non ex suo ipsius solo poesin Indorum radices egisse, sed Graecis debere potius, quicquid excellentiae procreaverit.

Jam ipsum perlustremus fragmentum. Athen. XIII. p. 595. E. — 596. B. *συνεπιμαρτυρεῖ δὲ τούτοις* (quae de Harpalo atque Glycera, quae post Pythonicae

---

διαφθορὰς τῶν πολεμίων ἐχρῆτο. Philostr. Vit. Apollon. lib. VII. c. 16. Phot. Excerptt. ex Philostr. 1025. *Ἐγένετο Πύθων ὁ Βυζάντιος ῥήτωρ ἀγαθὸς τοῦ κακὰ πείθειν.* Byzantios ab eo proditos notat etiam Clemens. Al. Strom. VIII. p. 771. Mentio ejus fit apud Demetrium *περὶ ἑρμηνείας* c. 80.

85) Sextum Empiricum censeo Pythonem commutasse cum

mortem amasiae locum habebat apud Harpalum, in proximis exposita sunt confirmat Theopompi Epistola ad Alexandrum M.) καὶ ὁ τὸν Ἀγῆνα τὸ σατυρικὸν δραμάτιον γεγραφὼς — λέγων ὧδε

Ἔστιν δ' ὅπου μὲν ὁ κάλαμος πέφυχ' ὅδε
Ἐφέτωμ' ἄορνον,

Pessime Petit. Miscell. VII. 10. p. 176.

Quid sibi velit ἐφέτωμα, non possum equidem extricare, neque satisfaciunt mihi virorum doctorum [86]) conjecturae, quarum quae est Fiorillonis φάτνωμ' per se displicet satis, Casauboni autem αἔτωμ', templi fastigium, propter ipsius templi omissam mentionem reprobandum est. Sed ἄορνον illud appositum quemque admonere poterat, sermonem esse debere de arbusto quodam, quod ab avibus non frequentatum insolentius

Pyrrhone. Vere scripserit de hoc adv. Math. I. adv. gramm. §. 281. τῶν δὲ γραμματικῆς — αἰτίαν (§. 272. quod utilis haec visa esset poesis et propterea grammatica necessaria) ἀλλὰ τάχα — χαρακτῆρας. Sed quae statim §. 282. sequuntur, ad Pythonem potius pertinere suspicor: λέγεται γὰρ αὐτὸν — μυρίοις χρυσοῖς (20,000 thaleris) τετιμῆσθαι [οὐκ ἀπέοικε — διεξήλθομεν]. Pyrrhonem enim omnes testantur nihil scriptum reliquisse; Diog. L. IX. 102. αὐτὸς μὲν γὰρ Πύῤῥων οὐδὲν ἀπέλιπεν, quod intelligi possit de scriptis solis philosophicis, sicut etiam Aristoclis testimonium apud Euseb. praep. XIV. p. 758. p. 763. omne litterarum monumentum abjudicare videtur Pyrrhoni. cfr. Laert. prooem. sect. 16. etc. — Nostra sententia, si tibi probatur, omnis remota est difficultas eoque lubentius, opinor, hunc proclivem memoriae lapsum in doctissimo Sexto admittes, quando cognoveris, eundem eadem pagina (278. Fabr.) §. 284. Sophronem commutasse cum Epicharmo quem §. 273. in eadem sententia attulerat, quasi hic Epicuro indicaverit, mortem ad nos nihil pertinere.

86) cfr. Schweigh. et Jacobs in Att. Mus. III, p. 178.

nobis accidere solet. Jam v. 1. libri sic scribunt *πέφυκεν ὁ δ'*. Recte Dindorfius, ut supra *πέφυχ' ὅδε*. Jam velim accipias *E* non excidisse, sed in continuae vetustissimorum scripturae librorum fallacia male distractum esse a librariis, ita ut proximum vocabulum novo cresceret augmento, et videbis relictum nobis esse *ΦΕΤΩΜ*, quod quidem facili negotio in formam, si recte auguror, pristinam immutatur *ΦΕΓΩΝ φηγών*. Hoc si mihi cedas non ita abludere a scripturae vestigiis, neque illud audacter factum compellabis, ut *ἄορνον* huic accommodetur scribendo *ἄορνος*. Utinam Pausaniae eo loco, quo viae sacrae quae Eleusin ferebat, lib. I. c. 36. (nam hic loci Harpali monumentum fuisse praeter ipsum Dicaearchus testatur apud Athen. p. 594. F.) monumenta describit, atque imprimis ubi ille declarat §. 4. *Μνημάτων δὲ ἃ μάλιστα ἐς μέγεθος καὶ κόσμον ἥκει, τὸ μὲν ἀνδρός ἐστι Ῥοδίου μετοικήσαντος ἐς Ἀθήνας· τὸ δὲ Ἅρπαλος Μακεδὼν ἐποίησεν*, utinam igitur illi hic placuisset, accuratiora exponere de Rhodii hujus sepulcrali monumento, quod, quae propria Rhodiorum natura est, in molem exstructum fuisse et superbam magnitudinem par est conjicere vel sine teste, accuratiora etiam de iis, quae vicina erant, splendidissima profecto lux affulgeret, verbis nunc paene conclamatis. Sequuntur haec:

οὐξ ἀριστερᾶς δ' ὅδε
πόρνης ὁ κλεινὸς ναός, ὃν δὴ Παλλίδης
τεύξας κατέγνω διὰ τὸ πρᾶγμ' αὐτοῦ φυγήν.

Vere: *ὁ κλεινὸς ναός*. Legas Dicaearchi verba, qui tanto molimine opus fuisse affirmat, quanto non aliud ullum, ut qui rem non cognitam haberet, deberet con-

jicere in honorem vel Miltiadis vel Periclis vel Cimonis publicis sumtibus aut certe publico decreto id exaedificatum esse, et Pausaniae breve verbum: μνῆμα — πάντων, ὁπόσα Ἕλλησίν ἐστιν ἀρχαῖα, θέας μάλιστα ἄξιον. — Παλλίδης ipse Harpalus vocatur, ut annotavit etiam Athenaeus, quasi tremoris filius, lepide simul atque acerbe.

Ἐνταῦθα δὴ τῶν βαρβάρων τινὲς μάγοι,
Ὁρῶντες αὐτὸν παγκάκως διακείμενον,
Ἔπεισαν ὡς ἄξουσι τὴν ψυχὴν ἄνω
Τὴν Πυθιονίκης.

ψυχαγωγία nota vel ex Aeschyli quadam tragoedia.

Ἐκμαθεῖν δέ σου ποθῶ
Μακρὰν ἀποικῶν κεῖθεν, Ἀτθίδα χθόνα
Τίνες τύχαι κατέχουσιν, ἢ πράττουσι τί.
B. Ὅτε μὲν ἔφασκον δοῦλον ἐκτῆσθαι βίον
Ἱκανὸν ἐδείπνουν· νῦν δὲ τὸν χέδροπα μόνον
Καὶ τὸν μάραθον ἔσθουσι, πυροὺς δ' οὐ μάλα
A. Καὶ μὴν ἀκούω μυριάδας τὸν Ἅρπαλον
Αὐτοῖσι τῶν Ἀγῆνος οὐκ ἐλάσσονας
Σίτου διαπέμψαι καὶ πολίτην γεγονέναι.

Hic quum Agen disertis verbis commemoretur, aptus locus adest, quo de nomine fabulae quid tenendum sit expliceťur. Ridicule Dalecampius ad h. l.: Agena fuisse mensuram quandam Asiaticam hinc conjectare possumus; quem sequitur Rambach. ad Casaub. de P. S. p. 150. ann. h.) — Hi vero et grammaticam rationem verborum τῶν Ἀγῆνος οὐκ ἐλάσσονας proterve interciderunt, et secure omiserunt quaerere, qualem tandem vim mensurae genus in fabulae cujusdam titulo habeat. Prudentius multo Casaubonus: Agenis histo-

ria obscura est. Schweighaeuserus denique suspicatur, fictum nomen esse ex Ἀγήνωρ decurtatum, et ipsum fortasse Alexandrum designari. Quam conjecturam ita nos fovere profitemur, ut decurtatum quod dicitur nomen, id quidem nolimus admittere, sed Macedonicae dialecti ratione formatum ab ἡγεῖσθαι verbo atque arctissime conjunctum cum ἄγημα vocabulo, de quo ita Hesychius: [87]) τὸ προϊὸν τοῦ βασιλέως τάγμα, ἐλεφάντων καὶ ἵππων καὶ πεζῶν· οἱ δὲ, τῶν ἀρίστων τῆς Μακεδονικῆς συντάξεως. Ipsum vocabulum ἄγημα antiquis Graecis [88]) ignotum Macedonibus debetur, ut proclive sit ad conjiciendum Ἀγὴν etiam ab his profectum esse atque significare τὸν ἄριστον τῆς συντάξεως. Persentiscis jam fabulae finem, in Alexandri scilicet honorem exhibitae. Sequitur extremo loco gravissimum dicterium:

> Γλυκέρας ὁ σῖτος οὗτος ἦν· ἐστὶν δ' ἴσως
> Αὐτοῖσι ὀλέθρου κοὐχ ἑταίρας ἀῤῥαβών.

Obiter monemus, hos et proximos vv. inde a verbis Καὶ μὴν — leviusculis discrepantiis exstare etiam p. 586. D. Gravius est, quod cernimus hic etiam exitia saepe respondere initiis. Tragica ars hoc tempore

---

[87]) v. quos praeter hunc citat Sturz. de dial. Maced. p. 30.

[88]) Refert hic, ut in multis, Laconica nomina comparare Βάγος, quod Hesych. explicat βασιλεὺς καὶ στρατιώτης· Λάκωνες. Ἄγις, quod prorsus fere convenit cum Ἀγὴν, Ἀγήσανδρος, Ἀγησίλεως (ionica forma Ἡγεσίλεως). Haec ipsa forma Ἀγὴν nonnihil valere videtur ad eam opinionem confirmandam, revera Pythonem Byzantinum hanc composuisse fabulam. v. O. Mueller. Dor. II. p. 531. — cfr. Ἄκτωρ pro ἄναξ Aesch. Pers. 557. Βαλὴν, Βαλλὴν Soph. Ποίμεσι fr. II. Aptum ad comparandum Σέβην, ηνος, herois nomen apud Choerob. Bekk. III. p. 1417. ind.

pessime jacebat. Quo vero florere incepit, Pratina, Phrynicho, Aeschylo docentibus fabulae satyricae editae sunt singulatim. Idem cadit in Pythonis drama, si quidem cum Casaubono sentiendum est p. 151.: „Non autem dubitamus hanc fabulam per se actam nec tragoediae fuisse annexam, sicut fieri solitum Athenis. Atque illud etiam cadit in hoc drama, quod viventium moribus atque personis illudendo sibi vindicavit, quod comoediam decebat."

Sositheus.

Vid. Geelii observv. ad schol. Theocrit. 10, 41.

Suidas: Σωσίθεος Συρακούσιος ἢ Ἀθηναῖος, μᾶλλον δὲ Ἀλεξανδρεὺς τῆς Τρωϊκῆς Ἀλεξανδρείας, τῶν τῆς Πλειάδος εἷς (cfr. Dioscorid. Epigr. XXIX. Anth. gr. T. I. p. 501. Jac. et Naek. Sch. cr. p. 5.) ἀνταγωνιστὴς Ὁμήρου τοῦ τραγικοῦ, τοῦ υἱοῦ Μυροῦς (scr. Μοιροῦς) τῆς Βυζαντίας· ἀκμάσας κατὰ τὴν ρξδ ὀλυμπιάδα· γράψας δὲ ποιήματα καὶ καταλογάδην. ρξδ numerum Pearsonius jure suspectum reddidit, scribendum censens ρκδ CXXIV, si quidem Sositheus aequalis atque aemulus erat Homeri, qui ex ipsius Suidae testimonio floruit Olymp. CXXIV. Sosibii nomine hic introductus est a Fabricio vol. II. p. 321. Harl. Sic enim placuit scribere Casaubono ad Athenaeum. At vero vixit quidem Sosibius, aequalis Sosithei, sub Ptolemaeo Philadelpho, abs quo annuum accipiebat stipendium, sed grammatici muneribus functus est, ut perspicue ex notationibus atque librorum inscriptionibus intelligitur, quas Athenaeus affert, neque poetae tra-

gici. Quamobrem ubi Sosibii nomen legitur [89]) ut Lityersae auctoris, corrigendum est restituendumque Sosithei, velut apud anonym. de mulieribus claris p. 10. Tzetz. Chil. II. 595. Quin etiam Fabricii animus eo inclinat, ut praeter tragicum etiam comicum ejusdem nominis exstitisse sibi persuadeat, adductus imprimis verbis Diogenis L. VII. §. 173. *Σωσιθέου τοῦ ποιητοῦ ἐν θεάτρῳ εἰπόντος πρὸς αὐτὸν* (*Κλεάνθην*) *παρόντα*

Οὓς ἡ Κλεάνθους μωρία βοηλατεῖ,

ἔμεινεν ἐπὶ ταυτοῦ σχήματος· ἐφ᾽ ᾧ ἀγασθέντες οἱ ἀκροαταὶ τὸν μὲν ἐκρότησαν, τὸν δὲ Σωσίθεον ἐξέβαλον· — αὐτὸν δὲ ἐπὶ τῇ τυχούσῃ βλασφημίᾳ δυσχεραίνειν, qui quidem versus comicum ipsi videbatur sapere. Negat Naek. p. 4. hunc versum ex comoedia esse depromtum, immo e scena per histrionem in Cleanthem esse jactum, quum ambiguum sit *ἐν θεάτρῳ*, imprimis autem verba *ἐπὶ τῇ τυχ. βλασφ.* opponantur meditatae ac solemni irrisioni deorum, Bacchi et Herculis; postremo illud quoque, quod poeta sese excusasse narretur, melius convenire injuriae subitae et privatae quam publice e scena illatae. Videtur illi igitur Sositheus alicujus poetae dramatici versum ante oculos habuisse et deflexisse. Perspecte denique monet, quam scite responsione illa Sositheum, satyricum poetam, carpat philosophus, Hercule et Baccho commemoratis. — Pari ra-

---

89) — Ad quae Sositii (Sosithei) vel Sosibii nomen adscriptum est, in Stobaeo Grotii p. 487, ea Valckenario Diatr. p. 195. e. non videntur esse poetae, *πῶς ἀναλύεται τὸ σῶμα πνεύματος φυγόντος.*

tione ambigebat Grotii magnum ingenium, num comicum hunc faceret an tragicum. Refert enim idem fragmentum ex Stob. Floril. 51, 23. et in tragicorum d. 456. et in comicorum reliquiis p. 900. At vero non ita commovere poterit ille versiculus, quicunque Lycophronis artificium, quo Menedemum philosophum sugillavit, in memoriam sibi revocaverit. Deinde opponere licet diserta testimonia. Hygino enim in Poetico Astronomico appellatur Sositheus tragoediarum scriptor, Athenaeo X. p. 415. B. audit ὁ τραγῳδιοποιός. Quid? quod ipse unus erat ex pleiade tragica. V. schol. Hephaest. p. 53. et p. 185. Gaisf. De qua novissimo tempore egerunt Naekius in Sched. criticis et Capelmann. in Alex. Aetoli fragmentis. Bonn. 1829. — Citatur praeterea a schol. Germanici p. 127. et Eratosth. catast. c. 28. Jam illud fragmentum illustrabimus, de quo nemo nunc dubitat, quin ex genere satyrico fuerit, quamquam id tum remotis temporibus anno aerae nostrae 1587. sat magnam excitavit controversiam, num sit opus tragicum an comicum an bucolicum, adjunctis quaestionibus, num duo Sosithei nomine vixerint, num Daphnis et Lityersa Sosithei unum idemque opus fuerit, num denique Daphnis sub Sosithei nomine perlatum Sosibii potius sit opus; tum etiam nostrae memoriae viris nonnullis doctis graviter imposuit. Athen. X. p. 415. B. *Λιτυέρσας δὲ ἦν μὲν υἱὸς Μίδου νόθος, Κελαινῶν δὲ τῶν ἐν Φρυγίᾳ βασιλεύς, ἄγριος ἰδέσθαι καὶ ἀνήμερος ἄνθρωπος, ἀδηφάγος δ' ἰσχυρῶς. λέγει δὲ περὶ αὐτοῦ Σωσίθεος ὁ τραγῳδιοποιὸς ἐν δράματι Δάφνιδι ἢ Λιτυέρσᾳ οὕτως*

Ἔσθει μὲν αὐτὸς τρεῖς ὄνους κανθηλίους

Τρὶς τῆς βραχείας ἡμέρας· πίνει δ' ἕνα
Καλῶν μετρητὴν τὸν δεκάμφορον πίθον.

Egregia fortuna factum est, ut haec pauca, quum Tzetzae cura Chil. II, 592 sqq. duobus tantum versiculis aucta essent, Casauboni ineditorum perscrutandorum sedulitate haud contemnendis supplementis et pleniora et clariora reddita sint. Primus enim hic in Lectt. Theocr. c. 12. publicavit ea, quae infra ponentur, ex schol. ms. Theocr., descripta iterum a Dalecampio ad Athenaei locum. Arnaldus deinde illustravit in Specimine Animadvv. crr. IX. p. 48. (Harlingae 1748.) Postea anonymus quoque repertus est auctor opusculi de mulieribus, quae bello inclaruerunt, quem Heerenius in lucem protraxit in Biblioth. ant. litt. atque artium. partic. VII. Goett. 1790. p. 10. sqq., qui idem fragmentum curavit ne periret. Casaubonianis annotationibus suas adjecit hic Heerenius. Ac dissentiens a Fabricio intellexit id, quod sane non eget ingenii acrimonia, fuisse fabulam non tragicam, versuum colorem, qui quidem nimium recedat a tragici sermonis gravitate, abunde docere, nec ferri posse in tragoedia, quales in eo fragmento describantur Lityersae mores. Proclivi errore fragmentum hinc accipit e comoedia petitum. Quale autem fabulae hujus argumentum fuerit, ut eam communi Daphnidis [90]) vel Lityersae titulo poeta insignire potuerit, merito posse dubitari.

---

[90]) De Daphnide, Phrygia ut Lityerses erat, quod ex arg. Valck. Theocr. Id. VIII. intelligitur, ubi Alex. Aetolus Marsyam dixisse fertur lyricae disciplinam ab Daphnide accepisse, praeter h. ipsum arg. v. sch. VIII, 93.

Ex ipso fabulae dialogo versus esse desumtos atque Midae regi aliquem subjectum vel clientem induci loquentem, Casaubonus contenderat. At Heerenio veri similius videtur, versus esse petitos ex prologo atque ipsum initium dramatis constituere adeoque eos non ad interlocutorem quendam, sed ad spectatores dici. Atque ita etiam Hermannus in diss. de dramate comico-satyrico. — De Lityersa quae sunt necessaria scitu praestabit Photius Lex. i. v. *Λιτύερσαν ᾠδήν*. schol. Theocr. X, 41. Michael Apostol. XII, 7. Suidas in v. *Λιτυέρσης*. Refertur etiam in voracium hominum numero ab Aeliano V. H. I, 27, si quidem placet cum Scheffero pro *Πιτυρέα τὸν Φρύγα* rescribere *Λιτυέρσαν τὸν Φ.* Pollux IV. c. 7. §. 54. 55. *Αἰγυπτίοις μὲν ὁ Μανέρως γεωργίας εὑρετὴς, μουσῶν μαθητὴς, Λιτυέρσας δὲ Φρυξίν· οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ Μίδου παῖδα εἶναι λέγουσιν.* De carminis genere, quod aut ipse invenisse dicitur, aut in ejus honorem compositum [91]), quodque messoribus proprium ab ipso messorum optimo nomen invenit, vide praeter modo allatos quos laudat Kiessl. ad Theocr. X, 41. In hujus mentione non possum non carpere O. Muellerum in Dor. vol. I. p. 347., qui obiter inspectis testimoniis adductus Lityersam cantum ad naeniarum genus pertinuisse secum statuit. Immo scriptores allati aut nihil probant aut contrarium. Quid enim sibi vult Apollodorus apud schol. Theocr. his: (*τοῦτον δέ φησιν Ἀπολλόδωρος ᾠδὴν εἶναι θεριστῶν, λέγων οὕτω*) *καθάπερ ἐν μὲν θρήνοις ἰάλεμος, ἐν*

---

[91]) Secundum Theodoret. T. IV. lib. de Materia et Mundo p. 540. B. carmen hoc canebatur in Rheae honorem.

δὲ ὕμνοις ἴουλος, ἀφ᾽ ὧν καὶ τὰς ᾠδὰς αὐτὰς καλοῦσιν, οὕτω καὶ τῶν θεριστῶν ᾠδὴ Λιτυέρσας, nisi monere aliquid de nominis forma? Deinde Hesychius i. v. Μαριανδυνὸς· θρῆνος comparat quidem Lityersam cum Mariandyno, sed postquam illis, qui Mariandynum interpretantur θρῆνον, alios opposuit, qui volunt esse εἶδος ᾠδῆς τωθαστικῆς, ex quo clare intelligitur contrarium ejus opinionis, quam sibi conformavit Muellerus. Denique refellitur is etiam a Mich. Apost. XII, 7. Nam ut proverbium omittam Λιτύερσαν ᾠδὴν ᾄδεις, usurpatum, ut explicat Mich. Ap., ἐπὶ τῶν ἐπιβούλων, quod unde natum sit ex narratiuncula, quae de ejus inventore ferebatur, perspicuum fit, quamquam lugubris si fuisset Lityerses cantus, difficile esset intelligere, quomodo proverbium in eam significationis speciem inclinari potuerit, et ea quae infra posuit verba Mich. Apost. εἰς τιμὴν δὲ τοῦ Μίδου θεριστικὸς ὕμνος ὑπ᾽ αὐτοῦ συνετέθη, quomodo tandem sibi favere opinari potuerit Muellerus, equidem non assequor. Atque eadem verba habet Phot. hac tantum discrepantia, ut pro ὑπ᾽ αὐτοῦ recte scribat ἐπ᾽ αὐτῷ. In eandem sententiam, hymnum videlicet fuisse Lityersam, valent verba schol. Theocr.: ὅθεν καὶ νῦν οἱ θερισταὶ κατὰ Φρυγίαν ᾄδουσιν αὐτὸν ἐγκωμιάζοντες. Sed quem cum aliqua veritatis specie afferre poterat, Pollucem prorsus neglexit, quum hic testetur, cantionem ad Midae patris desiderium leniendum fuisse repertam. — Jam quod ad fabulam illam attinet, discrimen facias velim inter Phrygiam atque Graecam. Illa Lityersam novit petulantem quidem et superbum, quippe qui loris caedere soleret, quos metendo vicerat, sed tamen non prorsus imma-

nem, qualis Graecorum sermonibus ferebatur; illa narrabat, eum trucidatum fuisse, quum aliquando in messorem se robustiorem incidisset; haec Herculem jubet adire barbaram terram atque hic etiam immanitatis vindicem surgere, sublato nefario innocentium hominum interfectore. Phrygiam fabulam, ut conjicio, servavit nobis Pollux, ipse nescius discriminis. Herculem revera a Graecis illatum esse in barbaram gentem, quae Lityersam jampridem noverat, Herculem vero ignorabat, agnovit etiam Mueller. Dor. I. p. 451., videlicet ut herois honor adaugeretur, unde necessarium erat, Lityersae mores deprimere, tamquam pessimi fuerint. — Accipe jam ipsum fragmentum, egregie constitutum ab Hermanno, *) quem in plerisque sequimur:

Αἴδ' αἱ Κελαιναί, πατρίς, ἀρχαία πόλις
Μίδου γέροντος, ὅστις ὦτ' ἔχων ὄνου
ἤνασσε, καὶ νοῦν φωτὸς εὐήθους ἄγαν.
οὗτος δ' ἐκείνου παῖς, πατρὶ πλαστὸς νόθος,
μητρὸς δ' ὁποίας ἡ τεκοῦσ' ἐπίσταται,
ἔσθει μὲν ἄρτους τρεῖς ὄνους κανθηλίους
τρὶς τῆς βραχείας ἡμέρας, πίνει θ' ἅμα
καλῶν μετρητὴν τὸν δεκάμφορον πίθον.
ἐργάζεται δ' ἐλαφρὰ πρὸς τὰ σιτία,
ὄγμους θερίζων· τῇ μιᾷ δ' ἐν ἡμέρᾳ
Διόνυσον ὄμπνῃ συντίθησιν εἰς τέλος.
χὤταν τις ἔλθῃ ξεῖνος ἢ παρεξίῃ,
φαγεῖν τ' ἔδωκεν, εἶτα κἀπεχόρτασεν
καὶ τοῦ ποτοῦ προὔτεινεν, ὡς ἂν ἐν θέρει,
πλέον· φθονεῖν γὰρ τοῖς θανουμένοις ὀκνεῖ.
ἐπισκοπῶν δὲ πεδία Μαιάνδρου ῥοαῖς
κηπευμάτων ἀρδευτὰ δαψιλεῖ ποτῷ,

---

*) de dram. com. sat. Opusc. I. 54.

τὸν ἀνδρομήκη πυρὸν ἠκονημένῃ
ἅρπῃ θερίζει· τὸν ξένον δὲ δράγματι
αὐτῷ κυλίσας, κρατὸς ὀρφανὸν φέρει,
γελῶν θεριστὴν ὡς ἄνουν ἠρίστισεν.

v. 1. attinet conferre Sophocleae Electrae initium.

v. 6. edidit Hermann: *ἄρτου τρεῖς ὄνους κανθηλίους.* Equidem praefero *ἄρτους τρ. ο. κ.* quod tripliciter confirmatum est, a schol. Theocriti, ab anonymo de mul. clar. auctore, denique ab Athenaei optimo codice Veneto: *αὐτοὺς*, leni scripturae declinatione. Accedit praeterea Tzetzis auctoritas. Neque repugnat profecto id ullo modo graecitati. Immo huic satis consueta est appositionum liberior conditio, nonnumquam tam discrepans a nostrae linguae ingenio, ut illas longiore totius sententiae ambitu reddere debeamus. Velut hoc loco illis paucis *τρεῖς ὄνους κανθηλίους* significatum est: quantum portare possunt tres aselli clitellarii, vel ut cum Tzetza interpreter *ὄνων τριῶν φορτίον.*

v. 10. 11. scripsi ex conjectura Hermanni. Scriptura vulgatur haec:

ὄγμον θερίζει, τῇ μιᾷ δ' ἐν ἡμέρᾳ
Δαίνυσι τ' ἔμπης συντίθησιν εἰς τέλος.

ὄγμος — Exemplis a Kiessl. ad Theocr. X, 2. allatis adde Quint. Smyrn. V, 57. et notationem Apollon. Lex. p. 488.

Mirum quam perverse Heerenius antecedenti versu *ἐλαφρά* vocabuli vim intellexit, qui quippe de Casauboni conjectura v. 11.

Δεκάγυον ὄμπνην συντίθησιν εἰς τέλος

judicaverit, poetam v. 9. contrarium ostendere voluisse. Minime vero. Recte sensit Casaubonus; ineptam et

contrariam sententiam infert ejus vituperator suspicando διόργυιον, partem exiguam agri vix sex pedes continentem. Prorsus palmaria autem Hermannus conjecit.

v. 13. de ἐπιχορτάζειν verbo et eo simplici, de hominibus quidem sed cum contemtu usurpatis v. Krebs. Praef. ad Plut. Quom. Adol. A. deb. poet. p. VIII —X. et Sturz. de dial. Maced. p. 200—202.

v. 18. Quamquam Hermannus neminem fore tam invenustum arbitratur, ut πυρὸν ἀνδρομήκη de hospite intelligat, occulteque deinde pungit Casaubonum, qui sententiam verborum hanc conceperat: „ibique eorum capita falce demetit, instar culmorum," nihilo minus non erubesco ab horum invenustorum partibus stare. Quid enim? Quomodo tandem proximis Lityerses dici potest hospitem manipulo involvisse atque capite privatum portasse, nisi mentione antea injecta ipsius capitis decisionis. Jam mihi non invenustum videtur, sed prorsus necessarium, antecedentia ita intelligere, ut poeta crudelem, quem Lityerses simulabat, errorem hic jam exponere incipiat. Videlicet iste metit astantem hospitem, quasi oculis captus; quasi culmi summum ipsius caput nefarie demetit. Colligit deinde manipulos, quibus illum involvit. Hic jam agnoscit quidem hospitem, sed miratur, quomodo tandem fieri potuerit, ut eum *capite carentem* prandio exciperet. Haec autem demiratio omni caret vi, nisi statuimus, eum antea imprudentem aut potius talem se simulantem caput illius demessuisse, id quod poeta bene expressit: tanquam culmum viri longitudinem habentem falce demetit hospitem. Caveat vero Hermannus, ne

invenusti quid in ipsius interpretationem cadat. Inepta enim videtur iterata strenui messoris commemoratio, ab eo momento destituta, quo necessario mox narrata praeparantur. cfr. Eurip. Eurysth. fr. II. Reliqua, quae servata sunt, ita habent "Οτι δ' ἀπέθανεν ὑφ' Ἡρακλέους φησὶ λέγων

A. θανὼν μὲν εἰς Μαίανδρον ἐῤῥίφη ποδὸς
ὥσπερ σόλος τις· ἦν δ' ὁ διασκεύσας ἀνὴρ —
B. τίς δή; *A.* πύθοι' ἄν· τίς γὰρ ἀνθ' Ἡρακλέους;

Bion. Marsyas vel alio nomine insignita fab. (Plut. Mor. II. p. 456. de ira cohib.) explicatur ab Boettig. A. M. I, 1. p. 314. ut satyrus ipse sit Marsyas; et Σάτυρος diserte nominatur a Luc. Tragoedop. T. III. p. 662. Obiter moneo, Boettigerum non recte notasse Serv. ad Virg. Aen. IV, 58. „Marsyas per civitates in foro positus libertatis indicium est" — quod quam verum sit, patet ex Plin. H. N. 21, 6. Quippe credebatur Marsyas minister Liberi patris. Cfr. Appulei. Florid. p. 558—60. Wow. Schol. Fulg. ap. Munk. Hygin. p. 279. Stav.

Demetrius. Diog. Laert. V, 85. postquam Demetrios, qui prosa oratione scripserunt, memorabiles XIV numero enumeravit, addit ejusdem nominis poetas VI, quorum tertius Ταρσικὸς σατυρογράφος. De quo Tarsico poetarum genere in egregia testimoniorum paucitate (v. omnino Diog. IV, 58. ubi nonus Bion vocatur ποιητὴς τραγῳδίας τῶν Ταρσικῶν, et Strab. lib. XIV.) quid tenendum sit, bene exposuit Casaub. de P. S. p. 152—154.

Xenocles. vid. Aelian. V. H. II, 8. Bentl. Op. p. 275.

Anonymus scriptor Helotum. O. Muellerus in Museo Rh. 1829. p. 479—481. sententia mutata, quam protulerat Dor. II. p. 378. dubitat prorsus cujus generis haec fabula fuerit. Opinioni, eam satyricam fuisse, quam in Add. p. 544. protulerat, gravissimum, quod opponi debeat, illud est, quod, si dubitatio cujus esset auctoris nonnullique Eupolidem Comicum auctorem pronuntiabant, hic nullo modo advocari poterat, nisi illud indubitatum erat, fabulam esse comoediam. cfr. Eustath. ad Il. p. 297. Herodian. *περὶ μονήρ. λέξ.* p. 10, 34. *Σώφρων τε τὴν κλητικὴν ἔφη ποτίδα δραστοχαῖτα· ὁ δὲ τοὺς εἱλώτας τὴν γενικήν φησι, τεμενοποτιδᾶ ποντίῳ.* Blochius, ut refert Dindorf., *τεμένει ποτίδα (ποντίω)* Muell. *τέμενος.* Idem p. 26, 9. *Ἀθροῦν· οὐδὲν εἰς οῦν λήγει ἐπίῤῥημα, ἀλλὰ μόνον τὸ ἀθροῦν, ὅπερ καὶ ἐπεκτάσεσι ποιητικαῖς κέχρηται καὶ παραθέσει ἄρθρου ἑνικοῦ καὶ πληθύντικοῦ· παραιτοῦμαι δὲ τὸ αἰσχοῦν, ὃ εἴρηται παρὰ τῷ τοὺς εἵλω τασαίμην. ἀλλὰ μισχοῦν καθήμενοι· ἐπεὶ ὀνοματικά ἐστί.* Recte Blochius: *παρὰ τῷ τοὺς εἵλωτας* vel *εἱλώτας.* Cetera velim *mecum sic corrigas: οὐ μὴν ἀλλὰ „μισχοῦν καθήμενοι"* (nec tamen improbo, inquit Herod. *μισχοῦν*, non ipsum adverbium afferens, sed exemplum nescio cujus), *ἐπεὶ* — — —

Athen. IV. p. 138. F. ubi Eupolidi tribuitur. IX. p. 400. C. *ὁ τοὺς Εἵλωτας ποιήσας.* XIV. p. 638. E. quod fragmentum comicum sapit; schol. ad Arist. Eqq. 1225.

Jambicum satyricum duplex afferri ab Hephaestionis scholiasta, affirmat Fabric. nescio ubi. Equidem

inspecta Gaisf. editione p. 170. ne unum quidem conspicio. Dicit scholiasta *ἴδιον δὲ σατυρικοῦ, (ἰάμβου) τὸ μέσον εἶναι τραγικοῦ καὶ κωμικοῦ, ἤγουν δέχεσθαι καὶ τοὺς τρισυλλάβους μὴ κατακόρως, οἷον*

Ἤδ' ἄγκος ὑψίκρημνον ὄρεσι περίδρομον

quem versum ex Eurip. Bacch. 1051, detortum esse, sagax perspexit Porsonus. Affert igitur, ut eum vel dramate satyrico non satis dignum declaret. Alter item iambus [92]) est, *ἴδιον δὲ ἰαμβικοῦ, τὸ δισυλλάβους μόνους ἐπιδέχεσθαι πόδας, καὶ μάλιστα ἴαμβον, οἷον*

πάτερ Λυκάμβα, ποῖον ἐφράσω τόδε

qui Archilochi videtur iambographi. Hoc genus iamborum recenset quarto loco post tragicum, comicum et satyricum.

---

[92]) proprie iambicus dictus.

Exercitationes criticae.

Aeschyli Θεωροί, Τοξότιδες, Ὀστολόγοι.

1) Θεωροὶ ἢ Ἰσθμιασταί fabulam fuisse satyricam, cogit fere ad accipiendum σκόπευμα vocabuli notatio ex ea petita apud Athen. et Phot. in Lex. Argumentum mihi vel idem vel simile videtur fuisse, quod Achaeus in Ἆθλοι persecutus est.

2) Idem statuendum mihi videtur de Τοξότιδες fabula propter primi fragmenti indolem prorsus satyricam, neque repugnat fragmentum nuper publicatum in Bekk. Anecd. gr. I. p. 351. Fallit enim Welckeri (Suppl. p. 28. coll. p. 286 ann.) judicium, ex his lexicographi verbis: σεμνὴ πάνυ ἡ συμπλοκὴ καὶ ἀξίωμα οὐ μικρὸν ἔχουσα extra dubitationem positum esse, fabulam non satyricam, sed tragoediam potius fuisse. Quid enim? heroes ceterique satyrorum choro adjuncti abjecta tantum deque trivio petita loquebantur? Immo, non deponebant personae suae gravitatem, quantum quidem fieri potuit, immo Aeschylum consentaneum est etiam in dramatis satyricis curasse, ut hic illic superba verborum gravitas spissaeque sententiae animos

nostros ferirent. Crepat quicunque velit intempestivum studium, Sophoclem objicio splendidissimum, qui vice versa in tragoedia quadam chorum jubet ea loqui, quae satyrorum ingenio magis conveniunt. In Aj. 1182 sqq. non erubescit chorus inter alia haec deplorare:

οὔτ᾽ ἐννυχίαν
τέρψιν ἰαύειν
ἐρώτων δ᾽,
ἐρώτων ἀπέπαυσεν, ὤ
μοι, κεῖμαι δ᾽ ἀμέριμνος οὕ-
τως κ. τ. λ.

Primi fragmenti priorem partem neque Toupii neque Valckenarii neque ceterorum sagacitas ita emaculasse mihi videtur, ut et litterarum vestigia pressius premerentur et sententiae qnaedam species efficeretur, quae qualis fuerit, admonent accuratius considerantem ea, quae statim subjecerat Aeschylus: *οὐ με μὴ λαθῇ φλέγων*, unde tutius correxerim equidem:

Λάθρᾳ τις ἁγναῖς παρθένοις γαμηλίων
Λέκτρων ποθεινὴ βλεμμάτων ῥέπει βολή. [93])

Argumentum fab. praebebat Actaeonis fabula, de qua vide Hygin. 180. 181. Inscriptionem veri simillimum est a Diana ejusque comitibus repetendam esse. Ex hoc, ut veri simile est, dramate a Polluce IV. c. 19. §. 141. inter personas tragicas commemoratur *Ἀκταίων ὁ κερασφόρος*. Jam de inscriptione fabulae non moveri debet dubitatio. *Ἐν Τοξότησιν* quidem citat Bekkeri

---

[93]) Teucherus ad Apollon. Dyscol. p. 83. hanc proponit conjecturam:

Ἄδων τάδ᾽ ἁγναῖς παρθένοις γαμηλίων
Λέκτρων ἄπειμι βλεμμάτων ἔπη βολῇ·

lexicon, item antiquitus scriptum comparuit in Hesych. s. v. *Πιζοφόροις ζώμασιν*. Antigono autem Carystio, qui servavit versiculos nonnullos sed misere eos corruptos, non esset, si solus haberet *ἐν ταῖς Τοξότισι*, cur tantam fidem haberemus. *Eustratius ad Aristot.* Eth. III. 1. et Vetus catalogus: *Τοξότιδες*, gravissimum addunt momentum.

3) *Ὀστολόγοι.* Versus apud Athen. XV. p. 667. C. D. sic emendandos atque in numeros redigendos esse censeo:

> (*Ἀλλ'*) *Εὐρύμαχος οὐκ ἄλλος οὐδὲν ἥσσονας*
> *Ὕβριζ' ὑβρισμοὺς οὐκ ἐναισίους ἐμοί.*
> *Ἦν μὲν γὰρ αὐτῷ κοττάβιον τοὐμὸν κάρα·*
> *Τόδ' ἀγκυλητῶν κοττάβων ἔστη σκοπὸς,*
> *Ἔνθ' ἐξιμῶν ἡβῶσα χεὶρ ἐφίετο.*

Lucian. Philopatr. c. 17. T. III. p. 604. R. ubi Gesn. affert Plaut. Trin. IV, 3. 4. — XI. p. 782. E. Eustath. p. 344, 24. commemorant *ἀγκυλητοὺς κοττάβους*. Schol. Aristoph. Pac. 1247. — Quod quidem fragmentum praeter Welckerum nemo opinabitur ex tragoedia sumtum esse, quamquam et opinatus est Petit. Misc. VII. c. 13. cujus in emendandis his versibus turpia peccata satius est silere.

De *Jasoneae* trilogiae prioribus fabulis nihil audeo definire, quum Argus nullo omnino exstent fragmenta, Hypsipylae vero unum tantum vocabulum notaverit Hesychius, quamquam de argumento accedit scholiastae testimonium ad Apollon. Rh.

4) *Cabiros* tamen tertio loco positam satyricam fuisse fabulam, quovis contendo pignore. Exigit mihi quidem eam sententiam fragm. 85. Temulentos enim

putare Aeschylum potuisse in tragoedia quadam introducere, id demum est de Aeschyli sanitate pessime judicare. Athenaei quidem verba παρήγαγε τὴν τῶν μεθυόντων ὄψιν εἰς τραγῳδίαν non debent quemquam sollicitare, si quidem τραγῳδία in universum dicta duo genera complectitur, in quibus elaborabant tragici, singulis igitur locis separatim accipi potest de dramate satyrico. Confirmat meum judicium fragm. 86., ex quo apparet, Cabiros Argonautis coenam splendidissimam apposuisse in scena, cui joci ut fit, interserebantur, quamque deinde secuta est aperta Argonautarum temulentia. Confirmat Antiatticistae notatio in Bekkeri Anecd. gr. I. p. 115. 3.

5) *Lycurgus.* cfr. Hygin. fab. 132. Recte jam pridem scholio illo (Ravennat. ad. A. loc.) nondum cognito, Herm. Aristot. A. P. p. 176. Boettig. Vasengem. II. p. 199. et Att. Mus. I. 2. p. 358. Hic intelligitur, quam parum perspicax fuerit Welckerus in distinguendis iis, quae tragoediae conveniunt, quaeque satyrico dramati. Primus primi fragmenti aspectus si quem non doceat, fabulam fuisse satyricam, is in tragoediam necessario inferet potationum narrationes et dicendi facetias aut de plebe sumtas aut spectatorum gratia hilarandorum excogitatas. Hermannus de Lycurgia p. 23. v. 1. librorum scripturam ὄπινες retinens, v. 2. scribens στέγη, nimis quaesita ratione statuit eum, qui his alloquatur Lycurgum, ἐκ τῶνδε verbis indicare vel calvas vel utres ex coriis factos hospitum, quos occiderit Lycurgus, v. 2. deinde spectare ad ejusdem consuetudinem, dissecta membra postibus domus suae affigendi, testimonio excitato Nonni XX, v. 149—181.

— Mirabiliter talis sententia repugnat ipsius Hermanni verbis p. 20: qui in fabula satyrica vel conspiciebatur vel audiebatur Lycurgus *mutatus in deum*, non idem erat, quem in tragoediis viderat theatrum. — Ceterum v. 2. καὶ σεμνοκόπτει rescribenda sunt: κἀσεμνοκόμπει. vid. Lobeck. ad. Phryn. p. 416. Ex ea vi, quam Aristotele apud Athenaeum teste βρῦτον in potatores habebat, certo concluditur, ne id genus quidem potionis ita contemtum fuisse satyris.

6) *Suidae* verba i. v. Νικόστρατος· λέγει δὲ (Ἀθήναιος) ὅτι δράματα αὐτοῦ ἐστι Πάνδαρος ὁ καὶ Ἄντυλλος ὃς καὶ Φιλεταίρου δοκεῖ εἶναι, scripserim: Πάνδροσος ὁ καὶ Ἀντερῶσα καὶ Ἄντυλλος, ὃς καὶ. Nam quum fragmenti ab Athenaeo XV. p. 693. A. ex Pandroso allati versus secundus ab eodem XI. p. 487. B. ex ejusdem Ἀντερῶσα fabula excitetur, promtum est ad conjiciendum, hanc duplici titulo insignitam fuisse. Idem accidisse videtur Ἑκάτη fabulae, cujus altera fortasse inscriptio erat Ὦπις, quod quidem pro corrupto Ὦτις restituendum censeo apud Suidam et Eudociam, quibus solis ea commemoratur fabula. Ἑκάτη ἢ Ὦπις, quippe utraque dea et Diana et Proserpina nocturnis adhibitae sunt invocationibus.

7) Falso Barthelemius in Anachars. Itin. T. VI. p. 53. interpret. vernac. *Hegemonem* in dramatum satyricorum scriptioribus retulit, quem comicum poetam fuisse aperte declarat epit. Athen. I. p. 5. B. Ἡγήμων ὁ Θάσιος ὁ ἐπικληθεὶς Φακῆ, ὃν τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ τινὲς ἐντάττουσιν. cfr. XV. p. 698. C. 699. A.

8) Persuasum mihi est, grammaticos interdum media comoedia omissa (Schlegel. Vorless. über dr.

K. u. L. negat omnino fuisse mediam comoediam, nisi quae viam patefecerit novae) distinguere tantum veterem atque novam. Hinc non repugnat Athen. XIII. p. 587. D. Harpocrationis verbis de Nicostrato p. 266; neque Pollux falsus de Epigene VII, 29. τῶν — νέων τις κωμικῶν. neque offendimur libri a Diodoro Ascalonita scripti titulo περὶ Ἀντιφάνους καὶ περὶ τῆς παρὰ τοῖς νεωτέροις κωμικοῖς ματτύης, Athen. XIV. p. 662. F. Platonius de diff. comoed. p. XXXIV. Inv. πλεῖστα τῶν παλαιῶν δραμάτων intelligit plurimas mediae comoediae fabulas.

9) Initium fragmenti Aeschylii 51. sic refingendum esse arbitror:

Σεμνὰ Κότυς ἐν τοῖς Ἠδωνοῖς
Ὀρσάσα τάχ᾽ ὄργαν᾽ ἔχοντας.

ἔχοντας pro librorum editorum scriptura ἔχοντα offerunt cdd. Casauboni, Medicei 1. 2, correcti, Vaticanus 173. Sed quum cod. Moscov. pro Κότυς servaverit κόπτους, similiterque Vat. 173. et Paris. κόπτους, dubitari profecto potest, an haec ex dittographia, quam dicunt, profecta sint. Quid? si hoc loco ex duabus vocibus scriptura certe similibus, quae sese exciperent, una tantum remansit a Strabonis antegresso indicio necessai flagitata. Quae quidem conjectura si non fallit, ita fortasse scripsit Aeschylus:

Σεμνὰ Κότυς ἐν τοῖς Ἠδωνοῖς
Ὄρος εἴς ἄγει ὄργαν᾽ ἔχοντας.

Dindorfius tamen ipsum Strabonem his pergere jubet ὄρεια δ᾽ ὄργαν᾽ ἔχοντας τοὺς κ. τ. λ. ut Aeschyli verba fuerint ὄρει᾽ ὄργαν ἔχοντες. Dissentit Hermannus de

Aesch. Lyc. p. 6. — Lobeck. Aglaoph. p. 1014. correxit: οὔρει᾽ ὄργι᾽ ἔχουσ᾽.

10) *Welckeri* explicatio vv. Euripidiorum in Electr. v. 693 sqq. (Suppl. Tril. p. 123.) subtilior videtur quam verior eoque etiam improbanda, quod ne unius quidem verbi indicium adest, quo de novi consilii cum infante comparatione commoneamur.

11) *Photii* corruptam glossam Lex. p. 326, 15. Pors. sic corrigas velim:

Ὀκτώπαν ποταμὸν: Αἰσχύλος δι᾽ ἃ πέπλακε Νεανίσκοις, rejecta Buttleri sententia in fragm. Aeschyl. 137. διαπέπλευκε, uti quidem scriptum legitur, a Photio additum esse ostensuro, unde casus obliquus penderet. — Sequitur deinceps glossa haec: Ὀκτώπας: ἤτοι ὁ σκορπίος, qui quidem in vulgus audit ὀκτώπους. Quamquam hac de forma quid censendum sit, Hermannus explicavit de Aeschyli Lycurgia p. 22. — cfr. Aesch. fr. 155.

12) Male me habet *Bentleii correctio* versus Euphorionis apud Galenum (Opusc. p. 501.):

Ἠπεδαναὶ πέμφιγες ἐπιτρύζουσι θανόντα

propter florum deletam mentionem; neque Hermanni in dissertat. de Prometh. sol. Aesch. Opusc. IV. p. 25. satisfacit scribentis: Ἠπεδανόν. — *Scripserim potius:* ὁ δὲ Εὐφορίων οὕτως εἶπεν

Εἰς ἄνθη πέμφιγες ἐπιτρύζουσι θανόντα

ut guttae dicantur flores jamjam mortuos sonitu suo quasi ad vitam revocare.

13) *Corruptam Photii notationem* Νοβακκίζειν: τὸ ὀρχούμενον τοῖς δακτύλοις ἐπιψοφεῖν· σεισμὸς Νιόβη. Hesychii auxilio i. v. Νιβατισμός· εἶδος ὀρχήσεως βαρβαρι-

κῆς, atque Athenaei XIV. p. 629. D. qui nibatismum inter saltationum sedatiora genera affert, emaculandam esse censeo: *Νιβατίζειν*. Hermannus de Aeschyl. Niob. p. 6. Op. III. p. 41. male refert ad Soph. Nioben.

14) *Hesychius* i. v. *Ἐναροφόρος·* (Aesch. fragm. 142.) *σκυλοφόρος· ἐναροκτάντας δὲ κ. τ. λ.* Immo in apice collocandum est rarissimum vocabulum:

Ἐναροκτάντας· ἐναροφόρος· σκυλοφόρος. Jam illustrat hoc Aeschyli exemplo, de quo fragmento hoc tenendum, Musurum suo marte correxisse *φθογγοσκότος*, quum in ms. a Schowio collat. exstet *φθογγ...κότος*, ubi tres litteras erasit alias videlicet substituens. Quarum restitutioni auxilio esse debet commentatorum explicatio, quae deinde affertur: *ὁ δὲ ἐναροκτάντας θάνατόν μοι ἐπικαυχώμενος.* Fortasse comparuit antiquitus:

Ἐναροκτάντας δὲ φλοισβοκόπος θ'
Ὑψοῦ τέλος ἀθανάτων ἀπολείψει.

In ipsa explicatione corruptum mihi videtur unum vocabulum: *καὶ ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς ἥξει*, rescribendum: *ἐπὶ τοὺς ἐνέρους.*

15) *Hesychius* i. v. *Διαπεφρούρηται βίος· Αἰσχύλος Φρυξίν.* (fragm. 248.) *οἷον ἡ διὰ τοῦ βίου φθορὰ συντετέλεσται· ἢ διελήλυθεν ὁ χρόνος.* — Equidem correxerim: *Διαπεφόρβηται βίος·* — — — — *ἡδεῖα τοῦ βίου φορβὴ συντ.*

16) *In Diphili versibus* apud Athenaeum IV. p. 157. A. tuto equidem corrigo:

ἐπὶ ταύτῃ φέρων
Εἰς τὸ μέσον ἐπεχόρευσε σαπέρδης μέγας
Ὑπό τι δυσώδης οὗτος, σαπρὸς Ἀνθείαν·

Bekker. Anecd. Gr. I. p. 403, 27.: Ἄνθεια: ὄνομα ἑταίρας. τινὲς δὲ ἀντὶ τοῦ θ Ἄντεια γράφουσιν.

17) In *fragm. Aeschyl. Heliad.* apud Athenaeum XI. p. 469. F. corrigo:

v. 4.: πολὺν οἰδματόεντ' ἀφέσει δρόμου
πόρον οἰδ' εἰς μελανίππου —

Hermannus de Aeschyli Heliadibus in Opusc. III. aliter. Aut quod multo magis placet:

ἐν τῷ διαβάλλει (allocutio est unius ex Heliadibus),
πολὺν οἰδματόεντ' ἀφέσει δρόμον
περανοῦσ' εἰς μελανίππου —

18) *Aeschyl. Sisyph.* fragm. 207:

Ἰδοῦ σταδμοῦχος ἐκκατήλλων φῶς ἄθρει.

Hemsterh.: εὖ κατιλλώψας. Pauw: ἐγκατίλλων.

Scribe: ἐγκατιλλώψας. Similiter Sophocles τὸ δενδίλλειν, teste schol. Apoll. Rh. III, v. 281. ἐπὶ τοῦ περιβλέπειν τάττει, ut gravis est suspicio item in fabula satyrica.

19) *Aeschyl. Edon. fragm.* 52. — — ἀβρατεὺς ὃν σθένει. Restituendum fortasse ἁβροβάτης. (Bekk. Anecd. gr. I. p. 322, 11: Ἀβρὰ βαίνων: θρυπτόμενος, βλακευόμενος.) Ipse Pers. 1064. vocabulum novavit ex similitudine parodiae Aristophanicae: ὀρειβάτης. — Verba ὃν σθένει in fine hujus versus fortasse ne sunt quidem ipsius Aeschyli, sed scholiastae, ut *rescribendum sit:* ὃν στίχον (per compendium στ.) θένει, quem quidem versum pungit, videlicet Aristophanes. Haec si tibi probabilis videtur sententia, jam *non desiderabis Suidae diligentiam, apud quem illa non comparent.* — Diversissimas viror. doct. conjectt. habes apud Welck.

Suppl. Tril. p. 112. sq. Brunck. ad Aristoph. Reisig. comm. crit. ad Soph. O. C. p. 328. Herm. l. c. p. 14. Perger. ad Hesych. T. I. p. 13. ad v. *Ἄβαρκνα.*

20) *Sphingis Aeschyli fragm.* 214. intolerabilis mihi semper visa est appositionis *ἀρχαῖον στέφος* species prorsus elumbis. Vide igitur ne scripserit Aeschylus:

Τῷ δὲ ξένῳ γε στέψον ἀρχαῖον στέφος
Δεσμῶν ἄριστον ἐκ Προμηθέως λόγον.

in qua sententia cernis poetae elegantiam, qui nescio quem jubet coronam circumdare hospiti quasi optimum quoddam vinculum quo retineatur ille, si quae honoris inest ambitio.

21) Apud *Plutarch. Sympos.* IX. 1: *Ἀμμώνιος Ἀθήνησι στρατηγῶν ἀπόδειξιν ἔλαβε τῷ Διογενίῳ τῶν γράμματα καὶ γεωμετρίαν καὶ τὰ ῥητορικὰ καὶ μουσικὴν μανθανόντων ἐφήβων* — rescribendum mihi videtur: *ἔλαβεν ἐν τῷ Διογενείῳ*, ut redintegretur *Diogeneum gymnasium* obscuratae hucusque memoriae. cfr. Boeckh. Corp. Inscriptt.

22) In Callistrati Statuis c. 14. init. verborum corruptorum: *Εἰκὼν ἦν ἐπὶ ταῖς Σκυθικαῖς ἠϊόσιν, οὐκ εἰς ἐπίδειξιν, ἀλλὰ καὶ ἀγωνίαν τῶν γραφῆς καλῶν, οὐ κάλλους ὡς ἐξησκημένη*, bona quidem est ad sententiam Jacobsii emendatio (Wolf. Anall. lit. III. p. 35.) *οὐκ ἀμούσως ἐξησκημένη*, sed multo levior haec: *οὐκ ἄλλως ἐξησκημένη*, ut *ως* correctionem indicans syllabae antecedentis ex margine vel linea interlineari *ουκαλλους* (superscr. *ως*) irrepsisse putetur in verborum contextum. In quod mirum est non incidisse Jacobsium, quum ipse annotat. ad h. l. ejusmodi corruptelae *οὐ κάλλος* — *οὐκ ἄλλος* complura afferat exempla.

23) Male *Creuzerus Abriss. d. Roem. Antiq.* p. 206. ed. II. interpretatur Dio C. 43, 51. p. 378. καὶ ἀγορανόμοι τότε πρῶτον, δύο μὲν καὶ ἐξ εὐπατριδῶν τέσσαρες δὲ ἐκ τοῦ πλήθους, ὧν οἱ δύο τὴν ἀπὸ τῆς Δήμητρος ἐπίκλησιν φέρουσιν, quasi Dio C. ex quatuor plebeiis duos Cereales fuisse nominatos significaret, quum ex stricta grammaticae ratione non nisi patricios intelligere debeamus cfr. Pompon. de Orig. Jur. 46. II. §. 32. Joann. Laur. Lyd. I, 38. p. 66. I, 45. p. 76.

24) *Schol. Aristidis* laud. a Muellero ad Eumenid. p. 106: καὶ τῶν περὶ αὐτεφυρῶν καλουμένων, Muell. p. 156. 11: περὶ Ἄτης λόφον — κορυφὴν — (p. 155. 10.) correxerim: περιαυγηφόρων cfr. Il. 18, 205. Hymn. (32) in Selen. v. 3 sq. Pseudo-Orph. Argon. v. 1224—26.

25) *Schol. Vat. ad Eurip. Rhes.* v. 508. Θυμβραῖον —] παρὰ τὴν ἱστορίαν. v. reliqua. Dionysodori verba *sic corrige:* ὁ δὲ Εὐριπίδης τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἄλσος τοῦ Θυμβραίου, ὃ σταδίων ἀπέχει τῆς πόλεως + (numerum conare restituere ex Strab. V, p. 333.) μάλιστα (pro μετὰ), τῶν πυλῶν εἶναί φησι ἢ ἄστεος πέλας. dein pergit schol. καὶ στίζεσθαι εἰς τὸν βωμόν· corrige: στίζειν ἔστιν vel ἔξεστιν.

26) *Aristoph. Equitt. v.* 1235. conjicio equidem, quod proxime accedit ad litterarum vestigia, ita scribendum:

— — ὑφ' οὗ 'νοεῖ; ἔσομ' ἡττᾶσθαι μόνον.

27) *Thucyd. verba* VI. c. 35. init. τῶν δὲ Συρακουσίων ὁ δῆμος ἐν πολλῇ πρὸς ἀλλήλους ἔριδι ἦσαν, οἱ μὲν ὡς οὐδενὶ ἂν τρόπῳ ἔλθοιεν οἱ Ἀθηναῖοι, οὐδ' ἀληθῆ ἐστιν ἃ λέγει, τοῖς δέ, εἰ καὶ ἔλθοιεν κ. τ. λ. (cfr. Krüger.

Commentt. Thucyd. p. 313. et eum qui pedibus it in eandem sententiam) hac faciliori via explicaverim: οἱ μὲν — τοῖς δέ hi quidem cum illis, (que explicatur πρὸς ἀλλήλους) jam intelligas: ἐν πολλῇ ἔριδι ἦσαν.

28) *Apud eundem II, 36.* — εἴ τι αὐτοὶ ἢ οἱ πατέρες ἡμῶν β.'ρβαρον ἢ Ἕλληνα πόλεμον ἐπιόντα προθύμως ἠμυνάμεθα, pro eo quod scribitur πόλεμον ἐπιόντα pute antiquitus exstitisse: πόλεμον ἔπι ἰόντα vel πόλεμον ἐφιέντα vel c. Thiersch. πολέμῳ ἐπιόντα.

29) *Buttmanni sententia* de verbi ἀδημονεῖν originatione Lexil. II. p. 135. mihi improbatur; ducendum potius censeo a δήω, δάω, δάημι, unde δῆνος, δαήμων (δαίμων,) δαημοσύνη.

30) *Ut de μάλιστα adverbio* grammaticorum sententiae discrepantes inter se concilientur, putaverim, spectandam esse ejus collocationem ita ut si numerus vel tale vocabulum, quod numeri partes habet, excipitur a μάλιστα, tum scriptor significet numerum certum definire neque sua in re levi interesse neque lectoris, aut studio brevitatis se rotundum quem dicunt numerum posuisse; sin numerus sequitur μάλιστα vocabulum, tum indicari videatur ἀκριβῶς certe ut multo magis possit aliquid numero addi quam detrahi. cfr. I.) Thucyd. I, c. 54. c. 63. c. 93. II, 19. 57. 58. 98. I, 118. 105. II, 86. 97. III, 92. Dionys. Archaeol. VII, 32. IX, 25. 68. VIII, 55. Arrian. V, 19. — II.) Herodot. VIII, 65. Thucyd. I, 13. 18. c. 63: ἀπέχει δὲ (Ὄλυνθος ἀπὸ Ποτιδαίας) ἑξήκοντα μάλιστα σταδίους. c. 93: (de muro Athenarum) τὸ δὲ ὕψος ἥμισυ μάλιστα ἐτελέσθη οὗ διενοεῖτο.

31) *In Hermanni dissertatione de Aeschyli Lycurgia* offensioni sunt

1) inconstantia, qua cum Strabone quidem sentiens Edonos primum statuit Baccho faventes propter hujus cum Cotyos sacris cognationem p. 7. 8., deinde p. 11. eosdem dictos esse vult Bacchi comitibus pelles hinnuleorum deripuisse ac dilacerasse, omnino proelio conflixisse Edonos cum Bacchi grege.

2) quod medium membrum deest sagaci illi quidem opinioni, qua fr. 57. coniungit cum fr. 112. Incorruptus testis excitandus erat, χλούνης vocabulo significari etiam ἄκρις sive locustae genus.

3) quod narrata de Orpheo tanquam in scena acta considerat, quapropter male correxit fr. 52., male etiam usus est fr. 20.

32) *Apud Horatium* Carm. I, 3, 18. recte habet scriptura:

Qui *siccis* oculis monstra natantia
vidit,

atque possumus et Bentleium *rectis* oculis, conjicientem deserere et Paldami molimen, qui nuper ad Prop. edit. p. 258. proposuit: invictis oculis. — cfr. Aeschyl. Sept. c. Th. c. 681: ξηροῖς ἀκλαύστοις ὄμμασι. Tacit. Hist. V. c. 3: ceteris per lacrimas torpentibus.

33) Ut *apud eundem* C. II, 13. cum Buttmanno scribatur:

Illum, et nefasto te posuit die
Quicunque —

non ita necesse est, si verba recte sic ordinantur: Quicunque ille (per attractionem autem dictum putes

pro: quicunque fuit ille, qui) et primum te posuit nefasto die — — illum crediderim.

34) *Horatii verba* C. III, 4, 9 et 10:

Me fabulosae Vulture *in Appulo*
Altricis *extra limen Appuliae*

haud absimili ratione videntur teneri his Tibulli, quae leguntur I, 3, 71 et 72:

Tum niger *in porta* serpentum Cerberus ore
Stridit et aeratas excubat *ante fores*,

ut superflua sit illis et Clerici conjectura: Vulturis angulo, et Bothii: Vulture in abdito.

35) *Tibulli versum* 61. eleg. 3. libri II. sic scribere interpungendoque explanare placet:

At tibi dura Ceres, Nemesin *qui* abducis ab urbe!

36) Statuo *Ellendt.* ad Cic. Brut. 30. §. 115. errasse, quod eos locos corrigi voluit, qui non possent conditionibus illis subjici, quibus recte habere statuit *quamquam* conjunctionis cum subjunctivo modo constructionem, quandoquidem hujus constructionis legitima ratio latius omnino videtur patere cfr. de Fat. c. 9. Cato maj. 13. §. 44. Corn. Nep. Attic. 13. §. 6.

37) *Ciceronis de divinat.* I, 9. locum sic restituendum censeo: Sed inest *in rubetis etiam ranunculis* natura quaedam significans aliquid, — de quo divinandi genere vide pauca quaedam commemorata ab O. Muellero in Dor. sect. I. p. 341. annotat. 5. cf. Propert. III, 5, 27: — turgentis ranae portenta rubetae.

38) *Tibulli versum* 4. eleg. I. libri IV. ita scribendum conjicio:

Deficiant, tantis humilis si *comprimor* actis.

Profecto v. 3. de se solo loquitur Tibullus, (quod negat Huschkius ad h. l.) quod optime intelligitur ex altera enuntiati parte: est nobis voluisse satis.

Emendationes in Velleii Paterculi Hist. Rom. (edit. Clud.)

Lib. I, 4. qualis cerealibus sacris cieri solet] *qualisque Rheae diebus sacris* — d et l etiam cp. 1. permutatae. ibid. sed aliis[*illis*.

— abundantia virium] reponas *abundantia urbium*.

I, 6. et disciplinae convenientissimae vir; cujus] *convenientissimae, vi cujus*.

I, 9. In Macedonia Perseus pacem] malim: *Inexspectato pacis condicionem propter fortunae inconstantiam, quam timuerat, hostis expetit*.

I, 12. omnibus belli ac togae dotibus, ingenii ac studiorum eminent.] aut rescribas: *artibus belli ac togae, dotibus ingenii ac studiorum eminent.*, aut ita distinguendo succurrendum: *vir avitis P. A. paternisque L. O. virtutibus simillimus omnibus, belli ac togae, dotibus ingenii ac stud. emin.* cfr. II, 6, 1. ibid. hoc Scipione elegantius] *diligentius*.

I, 16. novam comicam] *novam vim comicam*. ut cap. 17, 3. *vis forensis*. quamquam non nescio quid de illa vi comica docuerit F. A. Wolfius.

ibid. in similitudine] *in similitudinem* cfr. cp. 18. separata in alias civitates.

I, 17. ed. pr. circaque eorum] *circaque et coram.*

ibid. in quoddam seculum] malim: *idem.*

I, 18. ed. et initalia] *intentae in alia.*

Lib. II, 1. magni nominis virum] *ominis.*

cp. 2. ed. pr. omnibus statum concupiscentibus] malim *optimis statum concutientibus*, cfr. II, 72, 5.

cp. 6. hostibus (ed. pr.) eius] *ocius.*

cp. 7. ab Opimio interemtus est] *interceptus.*

ibid. Rei tantae parum ad notitiam pertinens interponatur.] Puto excidisse ob subsequentis litterae similitudinem *q* i. e. quod. Deinde pro pertinens malim *pertinet*; aut: *Rei tantae paucorum ad notitiam pertingens res interponatur.*

cp. 13. saevierant] rescribas *sdevissent* cfr. Ruhnk. ad II, 48, 5.

ibid. ab ipso cogitata] *cognita.*

cp. 15. ex quo] ed. pr. *per quod* recte habet, si propter quod interpretaris.

ibid. fastidire posset] *nosset.*

cp. 16. ed. pr. cujus ille p.] *cujus illa p.*

cp. 19. ed. basil. se prodentem indignationem] *se prodente in* indignationem.

cp. 21. ed. pr. ut praescripsimus] unde malim *ut supra scripsimus.*

cp. 22. excellentissimi quoque] *quique*, ut mediocres omnino secludantur.

cp. 25. cd. posuit victoriam qua demendesmontem ti fata] unde conjicio: *Pro sua victoria pugnae, qua descendens — Tifata — — concurrerat Sulla.*

10*

Sua addidit Velleius, ut declararet, nihil illum in hac pugna singulari deae aut beneficio aut praesentiae debuisse. — Victor Africani belli, cp. 55, 2.

cp. 27. tanta patris imagine] h. e. tanta patris inter homines memoria, qui velut imago, ut cum Velleio loquar cp. 36, 3. oculis inhaeret semper allicitque animos hominum.

cp. 28. quam Hannibal] mihi necessario rescribendum videtur *quo*.

ibid. ed. pr. aut metu desideras Tullio. Cos. timuisse potestatem] conjicio potius: *aucto metu desideratum, pulso non sustinuisse potestatis imperio*, aut: *desiderasse, pulso non sustinuisse potestatem imperio*.

ibid. cd. historiarum] *histrioni ob artem exacto*.

cp. 29. eum narrari jubet] malim *eam*.

cp. 30. hoc quoque triumpho] *pro equestri triumpho*, aut quod magis arridet *pro equo triumphali*.

cp. 31. ed. pr. maiore vi] miror, neminem incidisse in id, quod et facilitate et veritate commendatur: *maior avis habebatur*. quibus verbis pater ipse non excluditur. Meae favet coniecturae Propert. IV, 6, 38. Auguste, Hectoreis cognite *maior avis*.

cp. 33. neuterque ab eo, quo arguebatur] *neuterque adeo, quo de arguebat alterum*, mentitus argui posset.

cp. 34. ne ab huius] *ne* quum non agnoscat ed. pr. malim: Ab hujus quidem gl. usura temperavit *vix animum*, sed cfr. c. 40, 5.

cp. 35. ed. pr. in altissimo luminavit] *clarissime luminavit.*

ibid. cd. nota] *mora.*

cp. 36. ed. pr. in suspecti operis sui carmine] *culmine.*

cp. 37. in quaestoris potestatem, ac p. d. l.] *in quaestoris ius testata erant p. d. l.*

cp. 39. paene idem] *totidem.*

cp. 40. ed. pr. quem semper illa fatare] *illi agitare.*

cp. 44. diverso quoque] *cuique.*

cp. 46. ed. pr. victus pars consulum] *iunctum par Coss.* quo spectat ad discors par Coss. Caesarem et Bibulum c. 44, 5. Non accurate utrumque (iunctus, victus) in cod. distingui potuisse, intelligitur ex ed. pr. scriptura cp. 112, 4.

cp. 47. ed. pr. Ponti ac Camiliae] *pauxillum aut vacillanter.*

cp. 48. ed. pr. cuius animo voluptatibus vel libidinibus] voluptatibus *evecto* libidinibusque.

cp. 49. fatali ante] coniicio excidisse sed particulam. *sed f. a.*

ibid. quam prudens] expellas intrusum. Sententiam sic concipias: quisquis antiquus et gravis erat — quisquis prudens. Ad verba: laudaret magis, sanus quisque facile intelligit: quam probaret.

cp. 50. persecutus Brundisium] *P.* h. e. *Pompeium secutus*, aut: *iter secutus Brundisium.*

cp. 52. cd. quod dignationi partem] *quod dilatione partum* i. e. comparatum, effectum.

ibid. ed. pr. in omnes partes] *uti hostiles partes.*

cp. 58. civibus] *civicum.*

cp. 59. ed. pr. etiamsi praevenit et] *praevenerit.*
ibid. assecutum se p. c. h.] *assiduum sui c. h.*

cp. 60. corrupti commentarii] restituendum *corruptis commentariis* vindicat Cic. Phil. V, 4.

cp. 62. intento ac pari animo] intento *ad paria* animo.

cp. 63. dubia, id est, sua fide] transponas: sua, id est, dubia fide, cfr. cp. 55, 1.

cp. 65. et conditionum ed. pr. *iacta* mentio] *iniecta*, ut *in* litteras, m antecedens absorpserit.

cp. 66. quum ambo mallent sibi nuatiari] q. a. m. *civi* nuntiari.

cp. 67. inter execrationem civium] *inter execrationum licentiam.*

cp. 68. ed. pr. cum in modica quidem servari posset] *cum via modica quidem servari non posset.*

cp. 74. princeps eius loci fecit] *primum Cestius nomine fecit.*

cp. 81. contractas emtionibus] *comparatas,*

cp. 82. tam prospere etc.] *tam propere litavit in Sicilia bonae Fortunae, in cassum rem rei publicae militavit adversus Orientem Antonius. Quippe cum XIII legg.* — aut: *non illaeso Marte rei publ. milit. Ant.*

cp. 83. refrigeratus, ab Antonio] corruptum vocabulum ita emendandum: *perfricatus ab Antonio ob m. r. i.*

cp. 87. ed. in morsu sane eius] *morsu insano eius.*

cp. 91. ed. pr. praesentia sua pacis suae bona] *suavia bona.*

cp. 105. Simplicissima correctio: *Cherusci, gentes*

utinam minus mox nostra clade nobiles- transitus — Vis.

cp. 109. ed. pr. custodia, tum] *custodivit; tum.*

ibid. quam quod habebat] *tractabat.*

ibid. bello nos lacesseret, nec] Omnes interpretes illud praeterviderunt in lacessendi verbo inesse animi, sententiae declarationem, unde in proximo enuntiato facile intelligitur dicendi verbum. Itaque rescribendum *et*, si lacesseretur — nihil amplius addendum in sententiae concisa gravitate.

cp. 110. Proxima duobus] *Proxima a Maroboduo* [-ma-robo-duo] *Batonibus ac Pinneti ducibus auctoritas erat.*

cp. 111. universas exhausimus partibus] ed. pr. evasimus, unde coniicio *elusimus artibus.* Pro universas reponas velim *universis.*

cp. 114. tantorum operum mole] leg. *onerum.* Principalia onera pro negotiis in formulam quandam transierunt, cp. 127, 3. 128, 4. posteriore loco eam ob causam Cludii emendatio reiicienda.

ibid. admonitio frequens, interdum et castigatio] malim *admonitio frequens inertium, castigatio, v. r.*

ibid. et insequenti aestate] ed. pr. *sed*, quod hic locum habet, si rescribas *non tulit* pro *contulit.*

cp. 116. ed. ne nihil non — perisset] Vitiosa habeo *ne* pro quo *ut*, et *perisset*, pro quo rescribendum *periret*, et tota enuntiatio referenda ad verba: praereptus immature, quasi fatum id consilium persecutus esset, ut omnia gloriosa sine fructu ipsi perirent. Aut sic emendes: *ne nihil omnino optimo civi, simplicissimo duci periret.*

cp. 117. tantum quod] *tantum non.*

ibid. membraque habent.] *haberent.* Haec enim sola Quinctilii opinio. Quod vero sequitur: quique domari non poterant gladiis, in eo et Velleium et omnes habet consentientes. Inde hic indicativus modus, illic coniunctivus.

cp. 118. ed. pr. postulabat etiam fata consiliis] *provolabant hic etiam fata consiliis*, aut: *provolabant ei iam f. c.*

cp. 119. cd. egredië, aut occasionis] *remedium* (quo circumventi liberarentur) *aut occasio iis* — aut: *ex regione aut occasionis in quantum voluerant data esset immunitas*, ut haec immunitas penes ducem, illa penes fortunam sit.

cp. 121. cd. ingressa animam] subsequenti tempore *ingressi Germaniam* imperatoris Tib. fuit.

cp. 124. ut nec bonis neque contra malos opus armis foret] *neque* transponas velim post malos.

cp. 125. ausus ancipitia sibi, tam re] *stitit tam re* — ut tamen pro *ausus* editionis principis scriptura *usus* restituatur. Aut: *ancipitia sistit* — *perniciosa. His ipsis m. gl.*

ibid. virtutibus celeberrimaque in Illyrico militia, ut praediximus] *virtutum eius celeberrimaeque in Ill. militiae praemium c. i. o.*

cp. 126. cd. cum insera oculis] *cum inhaereant oculis* cfr. cp. 36, 3.

cp. 127. ed. pr. neque in parvo paucitas ministeria defecit] *neque in parvis raro* (quod similitudo antecedentis vocabuli abstulit) *paucitas min. deficit.*

cp. 129. Sed proposita *quasi* universa principatus

T. C. (forma;) singula recenseamus.] *Sed proposita imagine universa p. T. Caesaris, singula recenseamus.*

ibid. ed. pr. formam evocavit] *foras evocavit.*

cp. 130. cd. auro deo cum, de his queri] *auso odiosum, cum deis queri.* Similis depravatio cp. 114, 2. *cuius cum* pro *cuius usum cum.*

cp. 131. Voto finiendum volumen sit.] Equidem coniicio pro *sit* restituendum *sic*, ut id ad principium voti ipsius pertineat. — *Sic*, — — *custodite, servate, protegite.* cfr. interpretes ad Horat. Carm. I, 3, 1.

Emendationes in Hyginum. (ed. Scheffer.)

Fab. 4. Themistonis pullis *opposuit*] *operuit.*

— 67. de in in prodigiis ostendebatur mortem ei adesse] *Dein patri prodigiis ostendebatur iterum m. e. a.*

— 99. virgine simulante] *virginem simulante.*

— 136. Polyidus Coerani *filius Bizanti*] *filius Abantidae* cfr. Paus. I, 43.

— 147. Peleus] *Cepheus* corrige auctoribus Lactantio ad Stat. Theb. II, 382. et mythographo Vaticano secundo f. 99. Cephaleus vocatur apud Servium ad Virg. Georg. I, 19.

— 161. Delphus, Asclepius] *Delphus ut Asclepiades.*

— 201. auctores dicunt Ypsipylon] *auct. dicunt Sisyphium.*

— 242. Menecus] *Menoeceus.* — Athenis] *Thebis,* cfr. fab. 67. Aliter Paus. IX, 25. Tangit schol. Soph. Antig. 1303.

Poet. astr. Prooem. Etenim necessariis — non levibus occupati rebus.] Etenim *nec cessantes* — *nec levibus occupati rebus.*

II, I. Arietus autem Tegeates] cfr. cp. 6. ubi *Aratus.* Corrige *Arethas* cfr. schol. Vat. ad Eurip. Rhes. 36.

II, II. ab inventoris nomine Phoenicem appellant] *ab inventoris ortu nomine Ph. appellant.* cfr. Herod. I, 170.

II, XIII. et Olenon in Aulide, Aelicem] *et Olenon in Aetolia, Helicem.* — Parmeniscus autem ait] for-

tasse in commentariis ad Eurip. Rhes. 342. ubi vide schol. Vatic. — Athemidem] *Themidem*, vid. schol. Ven. ad Il. *o*, 229.

II, XIV. Carnubutam] *Carnabonta* cfr. Soph. Triptol. fr. 528. Dind. — non ut beneficiis advena] *non beneficiis ut advena.* — et ripam frugibus orbabat] *et ripam furibus* (intelligit Cercopes) *purgabat.*

II, XV. ut Deum licebat] *decebat.* — alii ex Terra et Tartaro, complures a Vulcano factam: Polyzelus autem Vulcani factam manibus demonstrat] conjicio: *complures, ut Polyzelus, Vulcani factam manibus demonstrant.*

II, XVI. Ethemeam] *Ithomaeam.* —

II, XVII. qua saepe fuerat veste, qui suum quaestum prosequeretur eventum] *qua saepe fulserat* (quo ad musica certamina spectatur; sic probabiliter Ald. Nep. apud Vell. Pat. II, 21. spes maior affuisset, correxit *affulsisset.*) *veste,* — *qui suum questu prosequeretur eventum.*

II, XVIII. Euripides autem in Menalippa, ipsam *Menalippen*] *Hippen.* Idem de eodem testatur schol. Germanic. Arat. Phaen. v. 206. Arat. ed. Buhl. II. p. 59.

II, XX. ideo quod ortum severit, ante] corrigas ex fab. II: *ideo, quod Ino hoc tostum severit ante.* — in Salonum Thessaliae finibus] *in Sellorum Thessaliae finibus.* — ad milites eorum errans] *ad milites coram errans.*

II, XXV. Denique eam pervenisse] *Denique nequitiam pervenisse.*

II, XXVIII. Dianam cato simulatam] *Dianam catulo simulatam.*

II, XLII. ut certum redderet Cupidinem Jovi nunciasse] *ut ceratum redderet, Cupidinem Jovi nunciasse.*

Addenda et Corrigenda.

Pag. 4. not. adde: Boeckhius l. l. spectare imprimis videtur verba *συνέστηκε — τὸ παλαιὸν ἐκ χορῶν — ἡ τότε τρ.* quae refert ad Epigenis, Thespidis, aliorum lyricas tragoedias; nihil monens de eo genere, quod excultum drama satyricum antecesserit, quodque si exstiterit unquam medium tenere debebat inter tragoedias atque comoedias lyricas. Sed revera abusus est his verbis Jacob. Q. S. p. 65. Excusata sunt a Welckero App. p. 242. grammatica quadam ratione, quae constare posset, si ita fortasse Athenaeus scripsisset *συνέστηκε σατυρικὴ ποίησις καὶ ἡ τότε τραγῳδία τὸ παλαιὸν ἐκ χορῶν*, non potest constare in tanto *καὶ* particulae intervallo eiusque cum *ὡς* coniunctione. Alius profecto generis sunt exempla quae affert Fritzsch. Q. L. p. 9.

ibid. verba *in eo* etc. pertinent ad Athenaei locum. lin. 5. leg. *Aristocli.* pag. 2. lin. 8. leg. *quaedam.* l. 19. *παροιμίας.* p. 3. not. 367. p. 5. l. 11. *Suida.* l. 22. *vel.* p. 6. l. 13. *expugnata.* p. 7. not. l. 7. *negante.* p. 12. l. 9. *affectionibus.* not. l. 7. *cantillans.* p. 14. l. 10. *haec.* not. l. 1. *Zenob.* l. 2. *latrocinia.* p. 22. l. 16. 18. *ὢν.* p. 23. l. 11. *traiectionem.* p. 26. l. 1. *χελιδ.* l. 31. *memini.* p. 30. l. 23. *praeter.* p. 35. l. 31. *sive.* p. 37. l. 11. *griphorum.* p. 51. not. l. 5. *Διόνυσος.* — *Reliqua benigne corrrigat lector.*

BEROLINI, IMPRESSIT J. F. STARCKIUS.







